DE INSCRIPTIONIBVS LATINIS GRAECIS BILINGVIBVS QVAESTIONES SELECTAE

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

CONSENSV ET AVCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN

VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

AD

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

FRANCISCVS ZILKEN
RHENANVS

PROMOTVS DIE XIV MENSIS AVGVSTI ANNI MCMIX

BONNAE
TYPIS CAROLI GEORGI TYPOGRAPHI ACADEMICI
MCMIX

DE DISSERTATIONE PROBANDA AD ORDINEM RETTVLIT

A. ELTER.

Hanc dissertationem expressam e prolegomenis ad inscriptiones Latinas Graecas bilingues ut proponerem amplissimus philosophorum ordo benigne concessit. Reliqua una cum titulorum collectione mox spero me editurum esse in bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana.

ANTONIO ELTER

Deo favente propediem collectionem praebebimus omnium inscriptionum chartarum nummorum bilinguium, quae Latinum sermonem et Graecum ita coniungunt, ut alter plane vel fere respondeat alteri et duae partes plerumque contineant archetypum ac translationem. His titulis ordinatis et examinatis quaestiones tractabimus, quae inde exsistunt. Atque primum quidem quaeritur, quemadmodum tituli cohaereant cum antiqua vita atque cultura, agiturque de variis generibus bilinguium, de tempore, origine atque ordine eorum, qui titulos conscripserunt, de archetypo non minus atque de dispositione linguarum, de discriminibus, quae inter utramque partem intercedunt titulorum, et iis, quae inter singulas classes intersunt, et ita quidem, ut perspicua fiant et clara, quae obscura videntur, atque fundamentum positum sit et bilinguibus monumentis, quae postea in lucem prodibunt, disponendis et explicandis, et multis quaestionibus, quae ad artem epigraphicam pertinent Graecam aetatis Romanae. Altera deinde pars ad linguam titulorum pertinebit. Hoc loco omnia titulorum vocabula inter se respondentia primum componuntur comparantur perquiruntur, ut eluceat non solum, quae fuerint vocis cuiusque Latinae variae translationes Graecae et invicem, verum etiam, quatenus diversae sint singulae interpretationes. Similiter singulae res artis syntaxeos tractantur. Spes est, postquam hoc modo fundamentum iecerimus, futurum esse, ut similiter perquirantur veteres scriptores, qui ex Latino sermone verterunt in Graecum et invicem. — Omnium inscriptionum Latinarum Graecarum bilinguium eae, de quibus diximus, nihil nisi pars sunt. Accedunt monumenta, in quibus verba Latina litteris Graecis sunt conscripta, et alia, quae Graece composita

singulas exhibent litteras formulasve Latinas, et ea, in quibus et Graeca et Latina iuxta posita vel plane discrepant vel similia tantum ex parte continent. Haec omnia cum aequum sit ab illis secerni, altero volumine propediem nos edituros esse speramus. Tertio volumine ea monumenta oporteret componi, quae quamquam Graeca tantum lingua servata primitus Latine et Graece erant conscripta, qualia collecta habemus apud Paulum Viereck, Sermo Graecus, quo senatus populusque Romanus . . . usi sunt, examinatur, Gottingae 1888 et apud Leonem Lafoscade, De epistulis imperatorum magistratuumque Romanorum, Insulis 1902.

Compendium praeter usitata adhibitum est hoc: IGR. = Inscriptiones Graecae ad res Romanas pertinentes, Parisiis 1901 sqq.

I.

De praenominum Latinorum Graeca scriptura.

Notum est praenomina Romana, quae Latine solent breviari, in Graecis semper plene perscribi. Evolvas exempli gratia Polybium, Appianum, Ioannem Lydum; nusquam invenies praenomina Romana compendiose scripta, sed semper perscripta, ut Γάιος, Λεύκιος, Μᾶρκος, Τιβέριος. Quare in titulis bilinguibus recensendis offensioni erat, quod in Graeca parte etiamsi haec praenomina saepissime perscribantur, non ita raro more Latino formam exhibent abbreviatam. Quomodo autem res se habeat, hoc illustretur conspectu.

Publicae inscriptiones.

praenomina perscripta:	compendiosa scriptura:
c. 180 a. Chr. CIL. III 14203[4]. Deli.	
c. 180 a. Chr. CIL. III 7218. Deli.	
129 a. Chr. CIL. I 557. in Caria.	
129 a. Chr. CIL. III 7177. Tacinae Phrygiae.	
129 a. Chr. CIL. III 7183. prope Pergamum.	
129 a. Chr. CIL. III 14202[4]. prope Ephesum.	
129 a. Chr. CIL. III 7205. prope Ephesum.	
129 a. Chr. CIL. III 7184. prope Elaeam.	
II. saec. a. Chr. CIL. III 7212. Deli.	
II. saec. a. Chr. CIL. III 14203[5]. Deli.	

praenomina perscripta:	compendiosa scriptura:
II. saec. a. Chr. CIL. III 7217. Deli.	
II. saec. a. Chr. CIL. III 14203^{3}. Deli.	
110—106 a. Chr. CIL. III 14203^{23}. Delphis.	
78 a. Chr. CIL. I 203. Romae.	
c. 77 a. Chr. CIL. III 7240. Deli.	
c. 72 a. Chr. CIL. XIV 2218. Nemore Latii.	
67 a. Chr. CIL. III 7265. Argis in Peloponneso.	
primum dimidium I. saec. a. Chr. CIL. III 7241. Deli.	
49/44 a. Chr. CIL. III 7239. Deli.	
46 a. Chr. CIL. III 7098. in Lydia.	
46 a. Chr. Musée Belge 1906 p. 339. in insula Teno.	
Caesaris aetate. CIL. III 14202^{4}. prope Ephesum.	
aetate Caesaris. CIL. I 557. in Caria.	
lib. rei publ. temp.? CIL. III 14203^{33}. Hypatis in Thessalia.	
18/12 a. Chr. CIL. III 494. Spartae.	
5 a. Chr. CIL. III 7118. Ephesi.	
10/1 a. Chr. CIL. III 12240. in Phrygia Apameae, Dorylaei, Prienis.	
c. Chr. n. CIL. III 7043. Prymnessi Phrygiae.	
10/11 p. Chr. CIL III 12046. prope Alexandriam.	Augusti aetate. CIL. III 551. Athenis. originis Graecae.
10/11 p. Chr. IGR. I 1056. Alexandriae.	
Tiberii aetate. CIL. III 7081. Assi Mysiae.	
Tiberii aetate. Monum. Ancyr.	43 p. Chr. CIL. III 6871. Sagalassi Lyc. et Pamph.
43/48 p. Chr. CIL. VI 1508. Romae.	
50 p. Chr. CIL. III 6737. Attaleae Pamphyliae.	

praenomina perscripta:	compendiosa scriptura:
53/54 p. Chr. CIL. III 409. Sardibus.	
58/59 p. Chr. CIL. III 346. prope Sarykaya Ponti et Bithyniae.	
Neronis aetate. Philol. vol. LXVII (1908) p. 6. Miletopoli.	
81 p. Chr. CIL. X 1481. Neapoli.	
86/87 p. Chr. IGR. I 1099. Schediae (Aegypt.).	
100 p. Chr. CIL. III 7150. prope Miletum.	
temp. incerti, sed boni aevi. CIL. III 14192[13]. in Lydia.	
temp. incerti, non posterior. aet. CIL. III 6886. in Pisidia.	
139/161 p. Chr. CIL. III 762. Odessi.	138/161 p. Chr. CIL. III 14149[3]. Bostrae. publ.?
	Antoninorum aetate. CIL. III 6078. Ephesi. originis Graecae.
	temp. inc., ante III. saec. p. Chr. opinor. CIL. X 7240. Lilybaei. originis Graecae.
198 p. Chr. CIL. III 218. in Cypro.	partim perscripta, partim breviata.
201 p. Chr. CIL. III 12272. in Lydia.	
201 p. Chr. CIL. III 12271. Laginae Cariae.	
201 p. Chr. CIL. III 13689. prope Magnesiam Cariae.	
253—260 p. Chr. CIL. III 412. Smyrnae.	244 p. Chr. CIL. III 12270. Magnesiae Cariae.
	254 p. Chr. CIL. III 6094. prope Tralles Cariae.

Inscriptiones privatae.

praenomina perscripta:	compendiosa scriptura:
lib. rei publ. temp. CIL. III 12290. Orei Euboeae.	
lib. rei publ. temp. CIL. III 13682. Trallibus Cariae.	

praenomina perscripta: compendiosa scriptura:

lib. rei publ. temp. CIL. I 1238. in Aenaria insula.

lib. rei publ. temp. CIL. III 14203[14]. Argis in Argolide.

lib. rei publ. temp. CIL. III 12264. in insula Co.

lib. rei publ. temp. IGR. I 467. Tarenti.

I. saec. a. Chr. (lib. rei publ. temp.) CIL. III 12291 et 12292. Anthedone Boeotiae.

medio fere I. saec. a. Chr. CIL. III 12277. Deli.

medio fere I. saec. a. Chr. Compt. rend. 1899 p. 48 sq. in Africa.

aetate Caesaris. Jahreshefte d. arch. Inst. in Wien 1902 p. 149. in insula Teno.

aetate Caesaris. CIL. III 3076. Issae Dalmatiae.

I. saec. a. Chr. CIL. III 7062. Cyzici (Mysia).

lib. rei publ. temp. exeunt. CIL. III 7295. prope Athenas.

extremi temp. lib. rei publ. CIL. III 12263. Kermeti (insula Cos).

lib. rei publ. temp. CIL. III 6632. in Aegypto.

29 a. Chr. CIL. III 14147[5]. Philis Aegypti.

lib. rei publ. temp. vel primi aevi imp. CIL. VI 33617. Romae.

lib. rei publ. temp. vel primi aevi imp. CIL. III 6857. Antiochiae (Cappad. et Gal.).

lib. rei publ. temp. vel primi aevi imp. CIL. III 12241. Dinâr Phrygiae.

praenomina perscripta:	compendiosa scriptura:
lib. rei publ. temp. exeunt. vel primi aevi imp. CIL. III 7154. Jasi Cariae.	
lib. rei publ. temp. vel primi aevi imp. CIL. III 12293. Lebadeae Boeotiae.	
lib. rei publ. temp. vel primi aevi imp. CIL. III 12262. in insula Co.	
lib. rei publ. temp. vel boni aevi imp. CIL. III 415. Smyrnae.	
lib. rei publ. temp. vel primi aevi imp. CIL. III 7161. Mytilenis.	
lib. rei publ. temp. vel primi aevi imp. IGR. I 1105. Naucrati Aegypti.	
non multum post 1 a. Chr. CIL. VI 32264. Romae.	
Augusti aetate. CIL. III 7117. prope Ephesum.	
primi aevi imp. vel lib. rei publ. temp. IGR. I 896. in Bosporo.	
primi aevi imper. vel prioris aetat. CIL. III 6735. Pergae (Lyc. et Pamphyl.).	
primi aevi imper. vel prioris aetat. CIL. III 7094. prope Elaeam Mysiae.	
primi aevi imper. opinor (vel lib. rei publ. temp.). CIL. III 7242. Deli.	
primi aevi imper. CIL. VIII 21105. Caesareae Africae.	
primi aevi imper. CIL. III 11. Cyrenis.	
primo aevo imper. CIL. III 7292. Athenis.	
primi aevi imper. CIL. III 6026. Syenae Aegypti.	

praenomina perscripta:

primi aevi imper. CIL. III 12058. inter Alexandrinas.

Tiberii aetate. CIL. III 14203[17]. Athenis.

45 p. Chr. CIL. III 6983. prope Amastrim (Bithyn. et Pont.).

medio fere I. saec. p. Chr. CIL. III 560. Athenis.

54 p. Chr. IGR. III 1539. Palmyrae.

I. saec. p. Chr. CIL. III 182. Bybli Syriae.

I. saec. p. Chr. CIL. III 6982. Pompeiopoli.

I. saec. p. Chr. opinor. CIL. III 372. ad isthmum Cyzicenum.

I. saec.? p. Chr. CIL. III 12110. Salamine Ciliciae.

boni aevi imp. opinor. CIL. X 7064. Catinae (Sicil.).

boni aevi imper. opinor. CIL. III 341. Apameae Myrleanorum (Bithyn. et Pont.).

boni aevi imper. opinor. CIL. III 14378. Alexandriae.

boni aev mper. opinor. CIL. III 12242. Laodiceae ad Lycum.

boni aevi imper. opinor. CIL. III 13671. Magnesiae ad Maeandrum.

boni aevi imper. CIL. III 7083. Assi Mysiae.

boni aevi imper. CIL. III 6778. Laodiceae (Cappad. et Gal.).

boni aevi imper. opinor. IGR. III 1476. Iconii (Cappad. et Gal.).

boni aevi imper. CIL. III 6620. Alexandreae.

compendiosa scriptura:

Tiberii aetate. CIL. III 7107. Smyrnae.

praenomina perscripta:	compendiosa scriptura:
boni aevi imp. CIL. III 68 et 69. Thebis Aegypti.	
boni aevi imp. opinor. CIL. III 13659. Lundae Phrygiae.	
boni aevi imp. CIL. III 14203[11]. in insula Melo.	
boni aevi opinor. CIL. III 12276. ex insula Syro.	
boni aevi. CIL. III 561. Athenis.	
non posterior. aetat. CIL. III 574. in Leucade insula (Epirus).	
temp. inc., videtur esse bonae aetat. CIL. III 7112. Erythris Lydiae.	aetate Vespasiani. CIL. III 14181. Pataris (Lyc. et Pamphyl.).
I. saec. exeunt. vel II. ineunt. p. Chr. CIL. III 7410. Philippopoli Thraciae.	I. saec. p. Chr. exeunt. CIL. III 6976. Bithynia et Pontus.
	I. saec. p. Chr. exeunt. opinor. CIL. III 456. in Chio.
I. saec. exeunt. vel II. ineunt. p. Chr. CIL. III 14146[1]. Panospoli Aegypti.	I. exeunt. (vel ineunt. II.) saec. p. Chr. CIL. III 7399. Heracleae Thraciae.
102/106 p. Chr. CIL. III 14195[2]. Ephesi. partim perscript., plerumque breviat.	
103/104 p. Chr. CIL. III 14195[4]. Ephesi. partim perscript., plerumque breviat.	
117/120 p. Chr. CIL. III 12117. Budri Ciliciae.	103/104 p. Chr. CIL. III 14195[5. 6. 7. 8. 9]. Ephesi. in 14195[4] perscribit nomen suum idem homo.
Hadriani aetate. IGR. I 1207. Thebis Aegypti.	
II. (vel. I.?) saec. p. Chr. CIL. III 186. Aradi Syriae.	
II.? saec. p. Chr. CIL. III 7047. prope Synnada Phrygiae.	
temp. inc., (I. vel) II. saec. p. Chr. CIL. III 14214[32]. Constantza (Moes. infer.).	

praenomina perscripta:

compendiosa scriptura:

non ante 102 p. Chr. CIL. III 14195[3]. Ephesi.

exeunt. I. saec. p. Chr. vel ineunt. II. Revue arch. 1907 I p. 367. in Pisidia.

I. saec. vel init. II. saec. p. Chr. opinor. CIL. III 7095. Elaeae Mysiae.

I. saec. p. Chr. exeunt. vel II. saec. CIL. III 7545. Tomis (Moes. infer.).

exeunt. I. vel ineunt. II. saec. p. Chr. CIL. III 14214[27]. prope Constantza (Moes. infer.).

I. vel II. saec. p. Chr. CIL. III 761. in Moes. infer.

I. vel II. saec. p. Chr. CIL. III 7568. Tomis (Moes. infer.).

I. vel II. saec. p. Chr. CIL. X 5385. in oppido Ponte Corvo Italiae.

aevo imperat. (I. vel II. saec.) CIL. XII 174. Antipoli Galliae.

II. (vel I.?) saec. p. Chr. CIL. VII 431. in urbe Lanchester Britanniae.

157 p. Chr. CIL. XIV 2901. Praeneste.

II. saec. p. Chr. CIL. III 6768. Ancyrae (Cappad. et Gal.).

II. saec. p. Chr. CIL. III 191. Beroeae Syriae.

II. saec. p. Chr. CIL. III 14179. Pataris (Lyc. et Pamph.).

II. saec. p. Chr. CIL. III 7299. prope Opum Locridis Epicnemidis.

II. saec. p. Chr. CIL. III 13685. in Proconneso insula (Mysia).

praenomina perscripta:	compendiosa scriptura:
	II. saec. p. Chr. opinor. CIL. III 373. prope Cyzicum.
	II. saec. p. Chr. opinor. CIL. III 6990. Nicaeae (Bithyn. et Pont.).
	M. Antonini aetate. CIL. III 231. Aspendi Lyc. et Pamph.
	Antonini aetate. CIL. VI 8440. Romae.
	Antonini aetate. CIL. III 14180. Pataris (Lyc. et Pamph.).
	II.? saec. p. Chr. CIL. VI 732. Romae.
	II.? saec. p. Chr. CIL. III 1107. Apuli Daciae.
	II? saec. p. Chr. CIL. VI 2179. Romae. suppletur praenomen.
	II. exeunt. vel III. ineunt. saec. p. Chr. CIL. III 14187[4.5]. Amastri (Bithyn. et Pont.).
	II. saec. exeunt. vel ineunt. III. p. Chr. CIL. III 13648. Amastri (Bithyn. et Pont.).
	exeunt. II. saec. vel III. p. Chr. CIL. III 7102. Gordi Lydiae.
	II. (vel III.) saec. p. Chr. CIL. VI 51. Romae.
	Severo et Caracalla imperantibus. CIL. 7126. Ephesi.
	218/222 p. Chr. IGR. III 1079. in Syria.
	III? saec. p. Chr. CIL. III 14188. prope Nicomediam (Bithyn. et Pont).

In conspectu antecedenti earum inscriptionum habui rationem, quarum aetatem accuratius potui definire. Sequantur eae, quas certi saeculi finibus circumscribere non ausim.

praenomina perscripta:	compendiosa scriptura:
temp. inc., ante III. saec. p. Chr. CIL. III 14192[2]. in Phrygia.	temp. inc., ante III. saec. p. Chr CIL. III 6080. Ephesi.

praenomina perscripta:

temp. inc., ante III. saec. p. Chr. CIL. III 7051. Dionysopoli Phrygiae.

temp. inc., ante III. saec. p. Chr., CIL. III 416. prope Smyrnam.

temp. inc., ante III. saec. p. Chr. CIL. VI 10091. Romae.

temp. inc., ante III. saec. p. Chr. CIL. III 14192[16]. prope Magnesiam ad Maeandrum.

aevo imp., ante III. saec. CIL. III 6858. Antiochiae (Capp. et Gal.).

temp. inc., ante III. saec. p. Chr. CIL. III 6771. Pessinunte (Capp. et Gal.).

temp. inc., ante III. saec. p. Chr. CIL. III 489. in specu Pholegandri.

temp. inc., ante III. saec. p. Chr. CIL. III 418. in Lydia.

temp. inc., ante III. saec. p. Chr. CIL. III 7115. Metropoli Lydiae,

aevo imp. inc., ante III. saec. p. Chr. CIL. III 6589. Nicopoli prope Alexandream.

temp. inc., ante III. saec. p. Chr. CIL. X 1497. prope Neapolim.

c. 218 p. Chr. CIL. X 6569. Velitris (Ital.).

temp. inc., aevo imp. CIL. III 12287. Carysti Euboeae.

imp. aevo, ante (IV. vel) III. saec. CIL. III 6088. Ephesi.

compendiosa scriptura:

aevo imper. inc., ante III. saec. p. Chr. CIL. III 6090. Ephesi.

temp. inc., ante III. saec. p. Chr. CIL. III 14188[2]. Paladari (Bithyn. et Pont.).

temp. inc., ante III. saec. p. Chr. CIL. III 7287. Athenis

temp. inc., ante III. saec. p. Chr. CIL. III 277. Ancyrae.

temp. inc., ante III. saec. p. Chr. CIL. III 7059. Apolloniae (Cappad. et Gal.).

temp. inc., ante III. saec. p. Chr. CIL. VI 12754. Romae.

temp. inc., ante III. saec. p. Chr. CIL. X 7078. Catanae (Sicilia).

Ut paucis exponam, quid inde appareat, inscriptionum bilinguium publici generis atque privati, quae tempore liberae rei publicae positae sunt, ne unum quidem exem-

plum Graecum compendiosam scripturam praenominum ostendit. Breviatae formae antiquissimum exemplum repperi Augusti aetate CIL. III 551 Athenis publice a Graecis conscriptum. Sed ex hoc tempore minime praevalent compendia prae forma perscripta. Inscriptiones sollemnes usque ad tempora posteriora semper fere formam praebent perscriptam, contra compendia in his titulis primo p. Chr. saeculo et priore parte saeculi secundi numquam habes nisi in monumentis duobus, quorum alterum Augusti tempore conscriptum est atque alterum anno 43 p. Chr. Crebrescunt autem compendia inde ab altera fere parte saeculi secundi p. Chr., et ita quidem ex hoc tempore res se habet, ut numerus eorum, qui perscribuntur, idem fere sit atque compendio scriptorum. Quaeritur, num discrepantia intercedat inter monumenta publice a Graecis conscripta et ea, quae posuerunt Romani. Quod dum examinamus, mira res animum offendit. Inscriptiones enim sollemnes compendiosae scripturae non Romanae originis esse videntur, sed Graecae. Nam Graecam originem certe indicant CIL. III 551 Augusti aetate ab Atheniensibus insculpta, CIL. III 6078 Antoninorum tempore posita a civitate Ephesiorum atque CIL. X 7240 temporis incerti, sed III. saeculo prioris atque publice conscripta ab ordine et populo civitatis Lilybitanae. Restant igitur hae: CIL. III 6871 Sagalassi in Lycia et Pamphylia pos. 43 p. Chr., CIL. III 14149_3 Bostrae inter 138—161 p. Chr. pos., CIL. III 12270 in Lydia atque CIL. III 6094 in Caria repertae, utraque medio fere tertio saeculo p. Chr. insculpta, quae inscriptiones omnes operibus publicis incisae sunt atque imperatoribus eorumque domui dicatae. Affero exemplum. CIL. III 12270 legitur sic:

Imp Caes · M Iul Philippo pio fel
invicto Aug · et · M Iul Philippo
no[b]ilissimo Caes · et Marciae
S]everae Aug matri castrorum
Αὐτοκράτορι Καίσαρι Μ Ἰουλ Φιλίπ
πῳ εὐσεβεῖ εὐτυχεῖ Σεβ· καὶ

Μ Ἰουλ Φιλίππῳ θεοφιλεστάτῳ
Καί[σ]αρι καὶ Μαρκίᾳ Ὠτακειλίᾳ
Σεουήρᾳ μητρὶ καστρῶν

Ἐπὶ ἀνθυπάτου · Λ · Ἐγνατίου
Οὐίκτορος Λολλιανοῦ τὸ γ′
Ἀπὸ Ἐφέσου
Μ́

Talia monumenta primo obtutu non Graecae, sed Romanae videntur esse originis. Tamen res aliter se habet. Latinam partem tituli allati cum ex officina Romana prodiisse concedam, Graecam certis argumentis infra demonstrabimus esse originis Graecae et idem ad alios titulos supra citatos pertinet. Quid igitur? Inscriptiones publicae compendia praenominum praebentes omnes ad unam redeunt ad Graecos. Res est admodum mira neque ipsi pro certo affirmare volumus id, quod cadit in inscriptiones bilingues, de omnibus titulis Graecis valere, et hoc quidem propterea contendere nolimus, quod paucos bilingues sollemnes ex officina Romana posteriore aevo emissos habemus. Plerique enim tituli publici nostri posterioris aetatis eiusdem generis sunt atque exempla supra allata, scilicet Latina titulorum pars Romanam trahit originem, Graeca a civitate Graeca hac illave est posita. Neque vero illud negari potest inscriptionum bilinguium ex officina Romana emissarum compendia praenominum praebere nullam, Graecae autem publice incisae modo perscriptam formam praebent, modo compendiosam. Ceterum si haec non solum ad bilingues, sed etiam ad reliquas inscriptiones Graecas pertinebunt aetatis Romanae, hanc explicationem proponam Romanos in titulis Graecis conscribendis Graecum usum cum fide reddere voluisse ideoque veterem consuetudinem Graecam praenomina Romana perscribendi retinere, cum Graeci operam dederint, ut Romanum morem in Latinis praenomina breviandi in sollemnibus Graecis accurate imitarentur. Atque haec de publicis titulis. Iam videamus, quid de privatis

statuere possimus. Has inscriptiones saepius quam publicas exhibere breviata praenomina non est cur miremur, utpote cum publica monumenta semper esse soleant puriora et eo plerumque genere scribendi utantur, quod in libris conscribendis adhibeatur[1]). Privatarum igitur inscriptionum quamquam antiquissimum exemplum compendiosae scripturae redit usque ad Tiberii aetatem, invalescit hic usus tempore demum Flaviorum, ex quo perscripta exempla nulla nisi rarissima exstant. Adiungendum est etiam nomina gentilicia altero p. Chr. n. saeculo in his inscriptionibus incipere breviari. Perscriptae formae ad alteram quasi transitum habes in eis titulis, in quibus praenomina partim breviata sunt, partim perscripta. Sunt autem hi: CIL. III 218 publice in Cypro pos. 198 p. Chr., cuius Graeca pars originis est Graecae, in qua M. perscriptum est in Μάρκου et Μάρκ(ου), cum Λ(ούκιος) breviatum sit. CIL. III 14195[2] priv. Ephesi pos. 102/106 p. Chr., in quo Τ(ίτος) legitur atque Λουκίου. Denique CIL. III 14195[4] priv. Ephesi pos. 103/104 p. Chr., in quo idem praenomen C. ab eodem homine semel perscriptum, bis autem breviatum est, praeterea Tiberii praenominis compendiosa exstat scriptura; atque in aliis eiusdem viri titulis CIL. III 14195[5. 6. 7. 8. 9.] semper breviantur praenomina. His de praenominibus expositis non recte censeo suppletam esse CIL. III 6734 = IGR. III 789, ubi compendiosa scriptura Γ(άιος) etiam spatio accommodata non est, neque CIL. III 7410 = eph. ep. IV 130, ubi plena scriptura Τιβέριος v. 7 et spatio et eodem praenomine v. 8. perscripto commendatur, neque IGR. III 768, de qua postea sum acturus. Atque etiam de iis titulis, quos supra diximus incertae esse aetatis, iam accuratiora possunt proferri. Verisimile enim est eos, qui perscriptam praenominum formam exhibent, antiquiores esse quam compendiosae scripturae et illos quidem plerumque ante II. saec. p. Chr. positos esse, alios autem potius esse II. saec. quam prioris temporis. Accuratius autem de pronominum Latinorum forma Graeca is demum

1) cf. Hübner exempla p. XXIII.

disserere poterit, qui non solum titulos bilingues, sed omnino inscriptiones Graecas ad res Romanas pertinentes percensuerit. Cuius rei et omnino quomodo paulatim Latina ratio abbreviandi in Graecos titulos irrepserit, brevi tempore praebebit materiem commode collectam opus cit., quod Francogalli sunt edituri atque inscribitur Inscriptiones Graecae ad res Romanas pertinentes auctoritate et impensis academiae inscriptionum et litterarum humaniorum collectae et editae, Parisiis 1901 sqq. Quaerenti autem, quatenus chartae cum hac ratione abbreviandi conveniant, en succurrit laterculus nominum Romanorum ex chartis Aegyptiacis a. C. Wesselyo institutus in stud. Vindobon. XXIV (1902) p. 101 sqq., quem dum percurro video compendiosam scripturam omnino fere deesse in chartis neque ullum exemplum inveniri tertio saeculo prius. Quam rem non est cur miremur, cum Aegyptus ea sit terra imperii Romani, quae maxime vacua sit colluvie Romanorum. Aliter res se habet inde a quarto saeculo, quo Aegyptus in eandem formam redigitur atque aliae terrae Romanae. Quare etiam tituli nostri in Aegypto reperti compendiosam scripturam minime praebent et ii, quorum aetatem potui definire, et reliqui. Iam vero cum Dittenbergeri or. Gr. inscriptiones Aegyptiacas perlegam, idem aufero iudicium; nam compendiosam scripturam non invenio nisi in hisce: Dittenb. 705 a. 158 p. Chr. n. partim perscript., partim abbrev., 707 at Tyri Phoenices inventa a. 167 p. Chr. n., 714 at Romae posita II. saec. verg. (715 gentilicium abbrev. posterior. aet., 723 gentil. modo abbrev., modo perscript. IV. saec.). Restat igitur unum exemplum, quod praenomina modo praebet abbreviata, modo perscripta.

Egimus de praenominibus Latinis in Graeca parte titulorum bilinguium atque vidimus, quantopere inter se distinguantur tempore et genere et origine rationes scribendi. Graeca plena scriptura cum optimis temporibus semper adhibeatur, ex usu magis magisque venit posteriore aetate, quod eo referendum est, quod Graeca consuetudo atque ingenium cum Latina per totum imperium

sese permiscet et assimilatur. Sunt igitur nostra praenomina indicium non solum Romanos obnoxios fuisse moribus et usui Graecorum, sed etiam Graecos Romanis.

II.

De formulis et acclamationibus inscriptionum bilinguium.

1. De formulis Latinis.

Inscriptiones nostrae per totam fere antiquitatem Romanam reperiuntur, inde ab anno c. 200 a. Chr. n. usque ad Iustiniani aetatem et per tempora dispositae quodammodo historiam illustrant memoriae epigraphicae et universae fere Latinae et Graecae aetatis Romanae. Quaecumque de hac re observavimus, propediem in prolegomenis ad inscriptiones bilingues exponemus, interim speciminis loco inquiramus, quid statui possit de usu formularum et acclamationum inscriptionum nostrarum. Atque primum quidem de formulis Latinis tractabo. De quibus hucusque quaesiverunt praecipue hi: C. Caesar. Observationes ad aetatem titulorum Latinorum christianorum definiendam spectantes, Dissert. Bonnae 1896 p. 20 sqq. R. Weynand, Form und Dekoration der röm. Grabsteine der Rheinlande im I. Jahrhundert, Bonner Jahrbücher 1902 p. 186 sqq. Quorum hic operam dedit inscriptionibus certae regionis sepulcralibus et usum formularum *Dis Manibus* et *hic situs est* accuratius definivit, Caesar autem omnes formulas ad inscriptiones christianas pertinentes, quantum tum fieri potuit, composuit et perquisivit et hoc modo lacunam nostrae materiei apte explet, cum inscriptiones bilingues christianae aetatis non nisi paucas habeamus.

Sepulcralia cum honorariis.

Ave (*have, habe*). *salve*. *vale*.

Ave[1]). IGR. I 1105. lib. rei publ. temp. vel Augusti. Naucrati Aegypti. Saepius invenitur *have*: CIL. III 14184[7].

---

1) cf. thesaur. ling. Lat. s. v.

I. saec. p. Chr. Sebastopoli (Bithyn. et Pont.). CIL. III 7161. boni aevi, non post medium fere I. saec. p. Chr. Mytilenis. CIL. III 7095. I. vel II. saec. p. Chr. Elaeae Mysiae. CIL. V 168. temp. inc., ante med. III. saec. Polae. CIL. III 14183. temp. inc., ante med. III. saec. Pataris (Lyc. et Pamphyl.). CIL. III 14184[7]. I. vel II. saec. p. Chr. Sebastopoli (Bithyn. et Pont.).

Salve. CIL. III 7295. liberae rei publ. temp. prope Athenas. CIL. III 7154. ante medium I. saec. p. Chr. Iasi Cariae. CIL. I 1256. exeunt. lib. rei publ. temp. in agro Atinate. CIL. III 341. boni aevi imper. Apameae (Bithyn. et Pont.). Temporis incerti sunt: CIL. X 7064. Catinae (Sicil.). CIL. III 7242. Deli. CIL. III 7545. Tomis (Moes. inf.). CIL. III 12225. Nicaeae, quarum tres primae quamquam accurate definire non audeo, certe priore parte II. saec. p. Chr. non sunt posteriores.

Vale. CIL. 7549. Tomis exeunt. II. vel III. saec. p. Chr. CIL. III 412. Smyrnae. 253—260 p. Chr.

Iam animo complectamur, quid de illis formulis statui possit. *Vale* cum in nostris titulis posteriore demum aetate imperatoria exstet, exempla notis certioribus temporis instructa formularum *ave* et *salve* omnia sunt bonae aetatis, scilicet *ave* lib. rei publ. temp., *have* praecipue I. saec. p. Chr., *salve* et lib. rei publ. temp. et I. saec. p. Chr. (vel ineunt. II. saec.). Quare etiam titulum CIL. III 12225, quem propter bilinguem formam ante dimidium alterum III. saec. p. Chr. pono, ob formulam *salve* multo priorem esse puto, mea quidem sententia I. saec. p. Chr., itemque CIL. III 14183, in quo *have* apparet.

Hic situs est; hic iacet; hic requiescit.

Hic situs est. CIL. XII 1038. lib. rei publ. extrema aetate. Avennione Galliae. CIL. III 12058. Alexandriae. ante medium fere I. saec. p. Chr., quia cognomen deest. Reliqui quamquam tam accurate definire non possumus, omnes sunt bonae aetatis, CIL. III 6731. Citii Cypri. CIL. VIII 21105. Caesareae Africae. CIL. III 6026. Syenae Aegypti. CIL. III 6982. Pompeiopoli. Neque enim casu factum

est, ut ratio nominum in iis ea sit, quae indicat bona tempora. Accedit, quod in CIL. III 6026 tribum nominibus adiectam habemus, quod aeque nota est aevi boni. Denique in omnibus praenomina perscripta sunt, quamobrem eas I. saec. p. Chr. non posteriores esse censeam[1]). Restant CIL. III 436 Ephesi, CIL. III 761 prope Marcianopolim (Moes. infer.) atque CIL. VIII 1556 Aunobari Africae; quarum prima est Ampliati Successi Aug. lib. vernae, fortasse lib. imperatoris Augusti, duas alias, quae formulam depositionis coniungunt cum *DM*, non audeo accuratius definire, quam ut ante III. saec. p. Chr. positas eas esse statuam.

Hic sepultus est. CIL. III 182 Bybli Syriae, quam propter bonam nominum rationem et formam praenominis perscriptam atque omnino propter totam compositionem non post initium saec. II. p. Chr. detrudo. De *h. s. s.* litteris CIL. III 7568 Tomis utrum *h*(*ic*) *s*(*iti*) *s*(*unt*) an *h*(*ic*) *s*(*epulti*) *s*(*unt*) supplendae sint, non dubito, quia in Graecis respondent *ὧδε ἐτάφησαν*; titulus est II. saec. p. Chr.

Hic iacet (*iacit*). CIL. III 9534 Salonis (Dalmat.), qui quod anni indictionum adnotantur, prior non est saeculo quinto p. Chr.[2]). CIL. IV 10971. Romae. II. saec. p. Chr. opinor. Formula suppletur IG. XIV 1366. Florentiae. II. vel III. saeculi.

Hic requiescit. CIL. V 6195. p. Chr. 444. Mediolani. CIL. XII 5340. p. Chr. 527. Narbone Galliae. Ut summam faciamus, depositionis formularum historia videtur esse haec: bonis temporibus in usu est *hic situs est*, praeterea paulo posterior et rarior apparet *hic sepultus est*; ex secundo autem saeculo illa formula reprimitur duabus aliis *hic iacet* et *hic requiescit*, quae usque ad tempora postrema adhibentur. Quod autem pertinet ad formulam *hic situs est*, primum invenitur extremo lib. rei publ. temp., saepissime autem I. saec. p. Chr. n., quare etiam CIL. III 761 et CIL. VIII 1556 magis ad I. quam II. saec. p. Chr. referam.

1) cf. supra p. 19.
2) cf. Caesar observat. p. 11 sq.

Dis Manibus sacrum. Dis Manibus. D. M.

D. M una cum formula *h. s. e.* apparet in CIL. VIII 15567 et CIL. III 761 et 7568, de quibus supra dixi. Praeterea formula cum acclamatione *have* exstat: CIL. III 14184[7]. Sebastopoli (Bithyn. et Pont.). I. saec. p. Chr. opinor. Reliqua exempla modo perscripta, modo breviata sunt haec: CIL. XIII 2448. in vico Genay Galliae. Severi aetatis. CIL. III 333. Cii (Bithyn. et Pont.). aetat. imperat. CIL. VI 28511. Romae. aetat. imperat. CIL. III 6667. Sidone Syriae. 188 p. Chr. CIL. III 11034. Brigetione (Pannon. sup.). incerti temp. CIL. III 14180. Pataris (Lyc. et Pamph.). Antonini aetate. CIL. III 191. Beroeae Syriae. II. vel III. saec. p. Chr. CIL. III 7410. Philippopoli Thraciae. exeunt. I. vel ineunt. II. saec. p. Chr. CIL. III 6768. Ancyrae Galatiae. II. saec. p. Chr. CIL. III 7331. Thessalonicae. temp. inc. CIL. VI 10971. Romae. II. saec. p. Chr. IGR. III 1441. Zelae Cappadociae. Traiani aetate. CIL. III 6762. Ancyrae Galatiae. exeunt. II. vel ineunt. III. saec. p. Chr. CIL. III 7299. prope Opum Locridis. boni aevi imper. CIL. III 7552. Tomis (Moes. infer.). exeunt. II. vel ineunt. III. saec. p. Chr. CIL. III 7414. Bessaparae Thraciae. exeunt. II. vel. ineunt. III. saec. p. Chr. CIL. III 13685. in Proconneso insula (Mysiae). II. saec. p. Chr. opinor. CIL. III 7102. Gordi Lydiae. exeunt. II. vel ineunt. III. saec. p. Chr. CIL. VIII 16867. prope Madauram Africae. exeunt. II. vel ineunt. III. saec. p. Chr. CIL. VI 20618. Romae. exeunt. II. vel ineunt. III. saec. p. Chr. Rev. arch. 1907 I p. 367. in Pisidia exeunt. I. vel ineunt. II. saec. opinor. CIL. III 7549. Tomis exeunt. II. vel ineunt. III. saec. p. Chr. CIL. III 14146[1]. Panospoli Aegypti. boni aevi imp. opinor. CIL. III 421. Tei Lydiae, mutila, inc. temp.

Hac ex tabula sequitur, ut formula nostra numquam adhibita sit liberae rei publ. tempore et primo aevo imperatorio. Satis raro apparet primo p. Chr. n. saeculo, crebrescit autem in titulis II. saeculo p. Chr. positis iisque imprimis, quos ad finem huius saeculi vel ad initium subsequentis rettulimus. De iis igitur, quos temporis incerti

esse diximus, nobis dubium non est, quin aevi imperatorii sint, neque veridissimile eos II. saec. vel initiis III. saec. p. Chr. positos esse.

Pietatis causa. CIL. III 6778. Laodiceae (Cappad. et Gal.). primo aevo imper. vel antea pos.

M(emoriae) gra(tia). CIL. III 6768. Ancyrae Galatiae. II. saec. p. Chr.

Memoriae causa. CIL. III 13665. Cıbyrae in Phrygia. exeunt. I. vel ineunt. II. saec. p. Chr. CIL. III 222. Tarsi Ciliciae. initiis III. saec. p. Chr. CIL. III 14400 d. Lystrae (Capp. et Gal.). initiis III. saec. p. Chr. CIL. III 7085. Balikesri in Mysia. tempus est incertum, sed si quid ex paucis titulis allatis concludere licet, ad posteriorem aetatem im peratorum eum referimus.

Lubens merito merente. CIL. X 7856. in Sardinia. c. 200 a. Chr.

merenti. CIL. III 363. Eumeniae Phrygiae. temp. incert.

bene merenti. IGR. III 1441. Zelae Cappadociae. Traiani (?) aetate. CIL. VI 28511. Romae. temp. inc. CIL. III 13648. Amastri (Bithyn. et Pont.). exeunt. II. saec. p. Chr. CIL. III 333 (*amanti et bene merenti*). Cii (Bithyn. et Pont.). II. saec. p. Chr. opinor.

meretod. IGR. I 467. Tarenti. liberae rei publ. temp.

bene merito. CIL. III 7549. Tomis II. exeunt. vel III. saec. p. Chr.

merito libentes. CIL. X 5385. in oppido Ponte Corvo. I. vel II. saec. p. Chr.

ob merita eius. CIL. III 7126. Ephesi. Severo et Caracalla imperantibus.

B. M.

Litteras *B. M.* video in CIL. V 6195 suppletas esse *b(eatae) m(emoriae)*, cuius formulae ne unum quidem exemplum exstare videtur in titulis Latinis (cf. Caesar observ. p. 29). Possunt autem solvi aut in *b(ene) m(erenti)* aut in *b(onae) m(emoriae)*. In nostro exemplo *b(onae) m(emoriae)* supplendum est propterea, quod litterae

titulo praescriptae sunt. Titulus positus est Mediolani p. Chr. 444.

Honoris causa. CIL. III 12110. Salamine Ciliciae. primo aevo imperat. Philologi vol. LXVII (1908) p. 6. Miletopoli. Neronis aetate. CIL. III 6078. Ephesi. Antoninorum aetate.

Benefici ergo. CIL. III 12277. Deli. c. 80 a. Chr. CIL. I 587. Romae. paulo post bellum Mithridaticum. CIL. I 589 (virtutis benivolentiae beneficique causa). Romae. eodem fere tempore quo titulus antecedens. CIL. III 7241 (virtutis beneficique ergo). Deli. primo dimidio I. saec. a. Chr.

Benivolentiae causa. CIL. I 589 (virtutis benivolentiae beneficique causa). Romae. paulo post bellum Mithridaticum.

Benigne. CIL. I 587 (beneficique ergo, quae sibei benigne fecit). Romae. paulo post bellum Mithrid.

Virtutis ergo (*causa*). CIL. XIV 2218. Nemore Latii. c. 72 a. Chr. CIL. III 7241 (virtutis beneficique ergo). Deli. priore parte I. saec. a. Chr. CIL. I 589 (virtutis benivolentiae beneficique causa). Romae. paulo post bellum Mithrid.

Loco publice dato. L(oco) p(ublice) d(ato) d(ecreto) d(ecurionum). CIL. IX 48. Brundisii. temp. inc. Loco publ[ice dato]: CIL. III 12287. Carysti Euboeae. temp. inc., opinor I. saec. vel II. p. Chr.

Votiva[1]).

donum dedit.

Donum dedit lubens merito merente. CIL. X 7856. in Sardinia. c. 200 a. Chr.

Dedit. CIL. III 3076. Issae Dalmatiae. aetate Caesariana.

D. D.

De litteris *d. d* potest dubitari, utrum supplendae sint *d*(*onum*) *d*(*edit*) vel *d*(*at*) an *d*(*edit*) *d*(*edicavit*) vel

1) Huc spectant etiam voces faciundi instruendi dedicandi et quae sunt similes, quas ne caput nostrum nimis crescat, interim seposui.

d(at) d(edicat) an simpliciter *dedicat* vel *dedicavit* an *dedit.* In CIL. III 14147[5] supplementum *d(onum) d(edit)* commendatur Graeca formula respondenti per substantivum χαριστήρια reddita et simili exemplo vetusto CIL. X 7856, ubi donum per ἀνάθεμα expressum est. Reliqua huius compendii exempla sunt haec: CIL. III 6976. prope Amisum Bithyniae. exeunt. I. saec. p. Chr., ubi litteris *d. d* in Graecis respondet εὐχήν. CIL. VI 532. Romae. Augusti (?) aetate. CIL. III 7121. Ephesi. Augusti aetate, in cuius parte Graeca compendium illud redditur per ἀνέθηκεν. CIL. VI 732. Romae. II. saec. (?) p. Chr. conscr. Horum titulorum compendia quomodo solvenda sint, difficile est diiudicatu. CIL. III 7121 diximus compendium per ἀνέθηκεν expressum esse. Quaeritur, quomodo ἀνέθηκεν in aliis titulis redditum sit. Exempla habemus haec: *posuit* CIL. III 6588. CIL. III 7549. Mon. Ancyr. IV 54/XIII 13 (*posui*). CIL. VI 8440. *faciundum curavit* CIL. III 7117. *d.* CIL. III 14195[3]. ἀνέθηκαν *statuer(unt)* CIL. III 14203[3]. *constitu[erunt]* CIL. VI 50. Vides ex allatis titulis nihil certi posse concludi ad solvendum nostrum exemplum, quare interim *d(onum) d(edit)* suppleamus itemque in aliis titulis supra citatis.

Votum.

Votum dedit meretod. IGR. I 467 Tarenti. liberae rei publ. temp.

Votum. CIL. III 1107. Apuli Daciae. aevo imp., II. saec. opinor.

Votum solvit. CIL. X 3336. Cumis vel Miseni. c. 240 p. Chr.

V(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito). CIL. III 14214[27]. prope Constantza (Moes. infer.). I. saec. exeunt. vel II. saec. p. Chr. CIL. IX 5824. Auximi Picenorum. (I. vel) II. saec. p. Chr.

V(otum) s(olvit) l(aetus) l(ibens) m(erito). CIL. VII 431. in urbe Lanchester Britanniae. II. saec. p. Chr.

V(otum) l(ibens) a(nimo) s(olvit). IGR. III 1079. in Syria. inter a. 218—222 p. Chr.

Voto suscepto. CIL. X 5385. in oppido Ponte Corvo Italiae. I. vel II. saec. p. Chr. *e v(oto) s(uscepto)*. CIL. XIV 3533. Tibure. temp. inc.

Ex conspectu nostro apparet inscriptiones, quibus votorum formulae insunt, plerumque esse aevi imperatorii atque imprimis II. vel III. saec. p. Chr. Unum exemplum liberae rei publ. aetatis est IGR. I 467 *votum dedid meretod.* Formulam *votum solvit* aetati imperatorum tribuendam esse ex multis nostris exemplis in universum potest concludi.

Ut ex rebus allatis in universum aliquid de formulis Latinis dicamus, apparet formulas, quae iam liberae rei publ. aetate erant in usu, satis rarescere. Plurimae autem bono aevo imperatorio potissimum arte epigraphica Graeca primum veniunt in usum et procedente tempore magis magisque inveterascunt aliisque amplificantur ac reprimuntur ex usu.

2. De formulis Graecis.

Egimus de formulis et acclamationibus Latinis. Iam videamus, quid statui possit de Graecis aetatis Romanae. Qui de his hucusque scripserunt, generalia tantum proponere potuerunt, quia materies nondum parata atque digesta est. Cf. praecipue E. Loch, Zu den griechischen Grabschriften, Festschrift für L. Friedlaender, Lipsiae 1895 p. 275 sqq., in qua commentatione vir doctus praeter alia formulas sepulcrales, quomodo ex tertio saeculo per totam terram Graecam propagentur, pertractat.

Sepulcralia cum honorariis.

Χαῖρε. CIL. III 12290. Orei Euboeae. lib. rei publ. temp. CIL. XII 1038. Avennione Galliae. lib. rei publ. temp. IGR. I 1105. Naucrati Aegypti. lib. rei publ. temp. extremo vel Augusti aetate. CIL. III 7161. Mytilenis. bono aevo. CIL. III 14184[7]. Sebastopoli (Bithyn. et Pont.). I. saec. p. Chr. IGR. I 896 τοῖς παράγουσι χαίρειν. in Bosporo. I. saec. p. Chr. CIL. III 33617 (χρηστὴ χαῖρε) Romae. bonis temp. CIL. III 6731 (χρηστὴ χαῖρε). Citii Cypri. bona aetate. CIL. III 7095. Elaeae Mysiae. I. vel II. saec. p. Chr. CIL. III 14183.

Pataris (Lyc. et Pamphyl.). I. saec. p. Chr. CIL. III 12325. Nicaeae (Bithyn. et Pont.). I. saec. p. Chr. CIL. III 7410 (χαῖρε παροδεῖτα). Philippopoli Thraciae. I. vel init. II. saec. p. Chr. CIL. III 7242. Deli. certe ante primum dimid. II. saec. p. Chr. CIL. III 7154 (χρηστὲ χαῖρε). Iasi Cariae. temp. bonis. CIL. III 7549 (χαῖρε παροδεῖτα). Tomis. exeunte II. vel III. saec. p. Chr. CIL. III 12276. in insula Syro. posteriore aetate. CIL. III 333. Cii (Bithyn. et Pont.). aet. imper., II. saec. opinor. eiusdem fere temp. CIL. VI 28511. Romae. CIL. III 667. Sidone Syriae. 188 p. Chr. CIL. III 11034 (ἥρως χρηστὲ χαῖρε). Brigetione (Pannon. sup.). temp. inc. CIL. III 13672 (ἥρως χρηστὲ χαῖρε). Mileti Cariae. temp. inc. CIL. III 14214[32]. Constantza (Moes. infer.). temp. inc. CIL. III 574. in Leucade insula. temp. inc. Vides formulam nostram, quae ex tertio a. Chr. n. saeculo est in usu (cf. Loch l. l. p. 278), per totum imperium inveniri atque adhiberi usque ad medium fere III. saec. p. Chr. Atque ex hoc tempore nos nulla exempla habere, inde explicatur, quod tituli bilingues sepulcrales posterioris aetatis omnino fere desunt.

Ἔρρωσο. CIL. III 412. Smyrnae. p. Chr. 253/260.

Ἐνθάδε κεῖται. CIL. III 12058. Alexandriae. I.(?) saec. p. Chr. CIL. III 6026. Syenae Aegypti. I.(?) saec. p. Chr. CIL. III 182. Bybli Syriae. I. saec. p. Chr. CIL. VIII 21105. Caesareae Africae. I. vel II.(?) saec. p. Chr. IG. XIV 1366. Romae. II. vel III. saec. p. Chr. CIL. VI 10971 (κεῖμαι). Romae. II. saec. p. Chr. CIL. XII 2448. in vico Genay Galliae. Severi aetate. CIL. V 6195. Mediolani. 444 p. Chr. CIL. III 9534 (ἐνθάδε κατακῖτε). Salonis Dalmatiae. non ante V. saec. p. Chr.

Ἐνθάδε κατοίχεται. CIL. III 6982. Pompeiopoli. boni aevi imp.

Ὧδε ἐτάφησαν. CIL. III 7568. Tomis. II. saec. p. Chr.

Κυυετέριον. CIL. XII 5340. Narbone Galliae. p. Chr. 527.

Nescio, num casu factum sit, ut nulla exempla liberae rei publ. temporis habeamus, quibus formula ἐνθάδε κεῖται inest, videtur autem formula maxime floruisse aevo

imperatorum. Magis autem conspicuum est formulam Graecam, cum Latina *hic situs est* iam II. saec. p. Chr. evanescat, in usu mansisse usque ad saeculum quintum.

Θεοῖς δαίμοσιν. CIL. III 14179. Pataris (Lyc. et Pamph.). II. saec. p. Chr. CIL. III 191 (θεοῖς καταχθονίοις καὶ δαίμοσι). Beroeae Syriae. II. vel III. saec. p. Chr. CIL. III 14180 (ΘΔ). Pataris (Lyc. et. Pamph.). aetate Antonini.

Θεοῖς καταχθονίοις. CIL. III 7568. Tomis I. vel II. saec. p. Chr. CIL. III 7410. Philippopoli Thraciae. I. vel init. II. saec. p. Chr. CIL. III 6768. Ancyrae Galatiae. II. saec. p. Chr. CIL. III 421. Tei Lydiae. inc. temp. CIL. III 7331. Thessalonicae. temp. inc. CIL. VI 10971 (ΘΚ). Romae. II. saec. p. Chr. CIL. III 191 (θεοῖς καταχθονίοις καὶ δαίμοσι). Beroeae Syriae. II. vel III. saec. p. Chr.

Φιλοστοργίας ἕνεκεν. CIL. III 6778. Laodiceae (Cappad. et Gal.). bono aevo imp. IGR. III 1476. Iconii (Capp. et Gal.). bono aevo imp. Animadvertas velim duo exempla in eadem regione inventa esse.

Μνείας χάριν. CIL. III 13665. Cibyrae in Phrygia. exeunte II. vel III. saec. p. Chr. CIL. III 7085 ([μνείας ἕνεκ]εν). Balikesri in Mysia. temp. inc.

Μνήμης χάριν. CIL. III 14179. Pataris (Lyc. et Pamph.). II. saec. p. Chr. CIL. III 6768. Ancyrae Galatiae. II. saec. p. Chr. CIL. III 222. Tarsi Ciliciae. initiis III. saec. p. Chr. CIL. III 14400 d. Lystrae (Capp. et Gal.). initiis III. saec. p. Chr. CIL. III 363. Eumeniae Phrygiae. temp. inc.

Τῷ ἀεὶ μνηστῷ ἀνδρί. CIL. III 7549. Tomis. II. exeunt. vel III. saec. p. Chr.

Τιμῆς χάριν (ἕνεκεν). CIL. III 12110. Salamine Ciliciae. primo aevo imp. IGR. III 1441. Zelae Cappadociae. Traiani aetate. CIL. III 12117 (τειμῆς ἕνεκεν). Budri Ciliciae. 117/120 p. Chr. ἐτείμησεν. CIL. III 6078. Ephesi. aetate Antoninorum.

Εὐεργεσία. Εὐεργέτης. ἀρετῆς καὶ εὐεργεσίας [ἕνεκεν]. CIL. III 7241. Deli. primo dimidio I. saec. a. Chr. ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας καὶ εὐεργεσίας. CIL. I 589. Romae. post bellum Mithrid.

Τὸν ἑαυτῶν εὐεργέτην. CIL. III 12277. Deli. c. 80 a. Chr. τὸν ἴδιον εὐεργέτην. CIL. III 7126. Ephesi. Severo et Caracalla imperantibus.

Εὔνοια. ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ *εὐνοίας* καὶ εὐεργεσίας. CIL. I 589. Romae. paulo post bellum Mithrid. ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ *εὐνοίας* τῆς εἰς ἑαυτόν. CIL. I 587. Romae. paulo post bellum Mithrid.

'Ανδρεία. 'Αρετή. ἀνδρήας ἕνεκεν. CIL. XIV 2218. Nemore Latii. c. 72 a. Chr. ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς ἑαυτόν. CIL. I 587. Romae. paulo post bellum Mithrid. ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας καὶ εὐεργεσίας. CIL. I 589. Romae. paulo post bellum Mithrid. ἀρετῆς καὶ εὐεργεσίας [ἕνεκεν]. CIL. III 7241. Deli. primo dimidio I. saec. a. Chr.

Τὸν τόπον τῆς βουλῆς εἰς ταφὴν ψηφισαμένης. CIL. IX 48. Brundisii. temp. inc. Τόπῳ [δημοσίως] δοθέντι. CIL. III 12287. Carysti Euboeae. temp. inc., opinor I. saec. vel II. p. Chr.

Votiva.

Δῶρον. CIL. III 3076. Issae Dalmatiae. aetate Caesariana. IG. XIV 2562 (δῶρον θῆκε). in vico Mosellano Pommern. c. 40 p. Chr. CIL. VI 8440 (δῶρον ἀνέθ(ηκεν)). Romae 161/180 p. Chr. CIL. VI 509 (ἀνεθήκατο βωμὸν δῶρον). Romae. Valentiniano et Valente Augg. III. cos. suppletur [δῶρον ἀνέθηκεν] in CIL. III 427. Ephesi. c. 200 p. Chr.

Χαριστήρια. CIL. III 14147[5]. Philis Aegypti. 29 a. Chr.

'Ανάθεμα. CIL. X 7856 (ἀνάθεμα βωμὸν ἔστησε). in Sardinia. c. 200 a. Chr.

Εὐχή. εὐχὰν ναίσκον ἀπέδωκε. IGR. I 467. Tarenti. lib. rei publ. temp. εὐχ(ὴν) ἀπέ(δωκεν). CIL. XII 174. Antipoli Galliae. II. saec. p. Chr. εὐχήν. CIL. III 6976. prope Amisum Bithyniae. exeunte I. saec. p. Chr. εὐχή. CIL. X 5385. in oppido Ponte Corvo. I. vel II. saec. p. Chr. κατ' εὐχήν. CIL. III 7121. Ephesi. Augusti (?) aetate. εὐχὴν ἀνέθηκεν. CIL. III 1107. Apuli Daciae. II. saec. p. Chr. opinor. ἐκτελῶν εὐχὴν ἐμήν. CIL. X 3336. Cumis vel Miseni. c. 240 p. Chr. εὐξάμενος δῶρον θῆκε. IG. XIV 2562. in vico Mosellano Pommern. c. 40 p. Chr. εὐξάμενος καθιέρωσεν. CIL. III 14214[27]. prope Constantza (Moes. infer.). I. vel II. saec. p. Chr.

Κατὰ πρόσταγμα. CIL. X 7856. in Sardinia. c. 200 a. Chr.

Ἀγαθῇ τύχῃ. CIL. III 762. Odessi (Moes. inf.). p. Chr. 139/161. CIL. III 412. Smyrnae. p. Chr. 253/260.

3. De formulis bilinguibus.

Qui formulas Latinas inscriptionum bilinguium comparaverit cum Graecis, tribus modis eas redditas esse inveniet. Nonnumquam in Latina parte formula exstat, quae Graece plane aliter expressa est. Ut exemplum proponam, CIL. XII 1038 in Latina parte cum formulam *heic situs est* legamus, in Graecis non respondet ἐνθάδε κεῖται, sed substituta est acclamatio χαῖρε. In aliis autem monumentis formulae ad verbum inter se respondent, ut Latina translatio videatur esse Graecae vel invicem. Exstat autem tertius modus reddendi, eum dico, quo in altera lingua formula expressa est, cum desit in altera. Iam videamus, quid de his singulis modis statuere possimus. Exempla autem sunt haec:

I. Per substitutionem.

1. Votiva.

donum dedit lubens merito merente ἀνάθεμα βωμὸν ἔστησε κατὰ πρόσταγμα CIL. X 7856. in Sardinia. c. 200 a. Chr. d(onum) d(edit) χαριστήρια CIL. III 14147[5]. Philis Aegypti. 29 a. Chr. d. d. ἀνέθηκεν CIL. III 7121. Ephesi. Augusti aetate? d. d. εὐχήν CIL. III 6976. prope Amisum Bithyniae. exeunte I. saec. p. Chr. dedit δῶρ[ον] CIL. III 3076. Issae Dalmatiae. aetatis Caesarianae.

v. s. l. m. εὐξάμενος καθιέρωσεν CIL. III 14214[27]. Moesia inf. I. vel II. saec. p. Chr.

lubens merito merente κατὰ πρόσταγμα CIL. X 7856. in Sardinia. c. 200 a. Chr. merenti fecit μνήμης χάριν CIL. III 363. Eumeniae Phrygiae. bene merenti f. c. τειμῆς χάριν IGR. III 1441. Zelae Cappadociae. Traiani? aetate. bene merito conpari τῷ ἀεὶ μνηστῷ ἀνδρὶ CIL. III 7549. Tomis (Moes. infer.). II. exeunt. vel III. saec. p. Chr.

beneficique ergo, quae sibei benigne fecit ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοί[ας] τῆς εἰς ἑαυτὸν CIL. I 587. Romae. post bellum Mithridaticum.

2. Sepulcralia cum honorariis.

χαῖρε heic situs est CIL. XII 1038. Avennione Galliae. liberae rei publicae temp. h. s. est χρηστὴ χαῖρε CIL. III 6731. Citii Cypri. hic requiescet in pace bone memorie κυμετέριον . . . CIL. XII 5340. Narbone Galliae. p. Chr. 527. ἐνθάδε κῖτε ἐν ἐρίνῃ hic requiesit CIL. V 6195. Mediolani. p. Chr. 444.

ἐν]θάδε κεῖται Diis Manibus CIL. XII 2448. in vico Genay Galliae. Severi aetate. Dis Manibus χαῖρε CIL. III 333. Cii (Bithyn. et Pont.). aet. imp. D. M. χαίρετε CIL. VI 28511. Romae. aetat. imp. χαῖρε D. M. CIL III 6667. Sidone Syriae. a. 188 p. Chr. D. M. ἥρως χρηστὲ χαῖρε CIL. III 11034. Brigetione (Pannon. sup.).

ho]noris caussa ἐτείμ[ησεν] CIL. III 6078. Ephesi. Antoninorum aetate.

benefici ergo τὸν ἑαυτ[ῶν] εὐεργέτην CIL. III 12277. Deli. c. 80 a. Chr.

ob merita eius τὸν ἴδιον εὐεργέτην CIL. III 7126. Ephesi. Severo et Caracalla imperantibus.

II. Per translationem.

1. Votiva.

d. pos. δῶρον ἀνέθ(ηκεν) CIL. VI 8440. Romae. p. Chr. 161—180. donum [posuit] [δῶρον· ἀνέθηκεν] CIL. III 427. Ephesi. c. 200 p. Chr.

votum dedit meretod εὐχὰν ναίσκον ἀπέδωκε IGR. I 467. Tarenti. lib. rei publ. temp.

votum solvit ἔστησα βωμὸν ἐκτελῶν εὐχὴν ἐμήν CIL. X 3336. Cumis vel Miseni.

votum εὐχὴν ἀνέθηκεν CIL. III 1107. Apuli Daciae.

εὐξάμενος . . . δῶρον . . . θῆκε munus . . . dedico IG. XIV 2562. in vico Mosellano Pommern. c. 40 p. Chr.

ἀ]νεθήκατο βωμὸν δῶρον . . . aram dicavit CIL. VI 509. Romae. Valentiniano et Valente Augg. III. cos.

θέτο βωμόν ara . . . quam dedit CIL. XII 1277. Vasione Galliae. initiis III. saec. p. Chr.

βωμὸν . . . καθειδρύσατο aram posuit CIL. X 3812. Capuae. II. vel III. saec.

2. Sepulcralia cum honorariis.

ave χαῖρε IGR. I 1105. Naucrati Aegypti. lib. rei publ. temp. vel Augusti aetat. have χαῖρε CIL. III 14184[7]. Sebastopoli (Bithyn. et Ponti). I. saec. p. Chr. have χαῖρε CIL. III 7161. Mytilenis.

bon. aev. have χαῖρε CIL. III 7095. Elaeae Mysiae. χαῖρε ha(v)e CIL. V 168. Polae (Dalmatiae). havete χαίρετε CIL. III 14183. Pataris (Lyc. et Pamph.).

salve χαῖρε CIL. X 7064. Catinae (Sicilia). salve χαῖρε CIL. III 341. Apameae (Bithyn. et Pont.). salve χαῖρε CIL. III 12225. Nicaeae (Bithyn. et Pont.). salve χρηστὲ χαῖρε CIL. III 7154. Iasi Cariae. salve χρηστὲ χαῖρε CIL. III 7242. Deli.

vale viator χαῖρε παροδεῖτα CIL. III 7549. Tomis (Moes. inf.). exeunt. II. vel III. saec. p. Chr. vale ἔρρωσο CIL. III 412. Smyrnae. p. Chr. 253—260.

hic s[itus est] ἐνθάδε κεῖται CIL. VIII 21105. Caesareae Africae. hic situs est ἐνθάδε κεῖται CIL. III 6026. Syenae Aegypti. h. s. ἐνθάδε κεῖται CIL. III 12058. inter Alexandrinas. hic situs est ἐνθάδε κατοίχεται CIL. III 6982. Pompeiopoli. hic sepultus est ἐνθάδε κεῖται CIL. III 182. Bybli Syriae. h. s. s. ὧδε ἐτάφησαν CIL. III 7568. Tomis (Moes. infer.). [hic iacet] [ἐνθά]δε κεῖται IG. XIV 1366. Romae. II. vel III. saec. p. Chr. ἐνθάδε κατακῖτε hic iacit CIL. III 9534. Salonis Dalmatiae. non ante V. saec. p. Chr. n. κεῖμαι hic iacet CIL. VI 10971. Romae. II. (?) saec. p. Chr.

D. M. Θ. Δ. CIL. III 14180. Pataris (Lyc. et Pamphyl.). aetate Antonini. Diis Manibu[s] θεοῖς καταχθ[ονίοις] CIL. III 14184[7]. Sebastopoli (Bithyn. et Ponti). I. saec. p. Chr. Dis Manibus θεοῖς καταχθονίοις καὶ δαίμοσι CIL. III 191. Beroeae Syriae. II. vel III. saec. p. Chr. [Dis] Manibus [θεοῖς κ]αταχθονίοις CIL. III 7410. Philippopoli Thraciae. I. vel init. II. saec. p. Chr. Dis Manibus θεοῖς καταχθονίοις CIL. III 6768. Ancyrae Galatiae. II. (?) saec. p. Chr. D. M. θεοῖς καταχθονίοις CIL. III 7331. Thessalonicae. D Θ K M CIL. VI 10971. Romae. II. (?) saec. p. Chr. Dis Manibus θεοῖς [καταχθονίοις] CIL. III 421. Tei Lydiae. [Dis Manibus] θεοῖς καταχθονίοις CIL. III 7568. Tomis (Moes. infer.).

pietatis causa φιλοστοργίας ἕνεκεν CIL. III 6778. Laodiceae (Capp. et Galat.). boni aevi imp. [pietatis causa] posuit φιλοστοργίας ἕνεκεν IGR. III 1476. Iconii (Capp. et Gal.). boni aevi. imp.

memoriae causa μνείας χάριν CIL. III 13665. Cibyrae in Phrygia. exeunt. II. vel III. saec. p. Chr. memoriae cauza μνήμης [χάριν] CIL. III 222. Tarsi Ciliciae. init. III. saec. p. Chr. mem. caussa μνήμης χάριν CIL. III 14400 d. Lystrae (Capp. et Gal.). init. II saec. memor. causa [μνείας ἕνεκ]εν CIL. III 7085. Balikesri in Mysia. m(emoriae) gra(tia) μνήμης χάριν CIL. III 6768. Ancyrae Galatiae. II. (?) saec. p. Chr.

honoris caussa τειμῆς χάρ[ιν] CIL. III 12110. Salamine Ciliciae.

primi aevi imper. honor(is) caus[a] [τειμῆς χάριν] Philologi vol. LXVII (1908) p. 6. Miletopoli. Neronis aetate.

virtutis ergo ἀνδρήας ἕνεκεν CIL. XIV 2218. Nemore Latii. c. 72 a. Chr.

v[irtutis] benivolentiae beneficique causa ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας καὶ εὐεργεσίας CIL. I 589. Romae. post bellum Mithridaticum.

virtut]is beneficique ergo ἀρετῆς καὶ εὐεργεσίας [ἕνεκεν] CIL. III 7241. Deli. primum dimidium I. saec. a. Chr.

In altera parte formula adest, in altera deest (— = deest).

1. Votiva.

don(um) d[e] s[uo] — CIL. III 7218. Deli. a. 180 a. Chr.

— d. d. CIL. VI 532. Romae. Augusti (?) aetate. d. d. — CIL. VI 732. Romae. II. saec.? p. Chr.

— κατ' εὐχὴν CIL. III 7121. Ephesi. Augusti? aetate.

v. s. l. l. m. — CIL. VII 431. in urbe Lanchester (Britann.). II.? saec. p. Chr. v. s. l. m. — CIL. IX 5824. Auximi Picenorum. II. vel III. saec. p. Chr.

— e v(oto) s(uscepto) CIL. XIV 3533. Tibure.

εὐχὴ voto suscepto CIL. X 5385. in oppido Ponte Corvo. I. vel II. saec. p. Chr.

v(otum) l(ibens) a(nimo) s(olvit) IGR. III 1079. in Syria. 218/222 p. Chr.

εὐχ(ὴν) ἀπέ(δωκεν) CIL. XII 174. Antipoli Galliae. II. saec. p. Chr.

εὐξάμενος ... δῶρον ... θῆκε munus ... dedico IG. XIV 2562. in vico Mosellano Pommern. c. 40 p. Chr.

sacrum — CIL. III 7057. Iliade Phrygiae. aevo imperatorio (I. saec.?). sacr. — CIL. X 5385. in oppido Ponte Corvo. I. vel II. saec. p. Chr. sacrum — CIL. III 14214[27]. Moesia inf. I. vel II. saec. p. Chr. — sacrum CIL. XIV 3533. Tibure. temp. inc.

— ἀνέθηκε βωμὸν Festschr. f. Hirschf. 1903 p. 441. Carnunti. II. (vel III.) saec. p. Chr.

— ἀγαθῇ τύχηι CIL. III 412. Smyrnae. p. Chr. 252—260. — ἀγαθῆι τύχη[ι] CIL. III 762. Odessi (Moes. inf.). p. Chr. 139/161.

2. Sepulcralia.

— χαῖρε CIL. III 12290. Orei Euboeae. liberae rei publ. temp. — χαῖρε CIL. III 12276. ex insula Syro. 'litterae aetatis posterioris'. — χαῖρε CIL. III 574. in Leucade insula. — τοῖς παράγουσι χαίρειν IGR. I 896. in Bosporo. I.? saec. p. Chr. — ? χαῖρε

παροδ[εῖτα] CIL. III 14214[32]. Constantza (Moes. infer.). χαῖρε παροδεῖτα CIL. III 7410. Philippopoli Thraciae. I. vel init. II. saec. p. Chr. — χρηστὴ χαῖρε CIL. VI 33617. Romae. boni temporis. — ἥρως χρηστὲ χαῖρε CIL. III 13672. Mileti (Cariae).

salve — ? CIL. III 7295. prope Athenas. liberae rei publ. temp. salve — CIL. III 7545. Tomis (Moes. infer.). bona proba frugei salve — CIL. I 1256. in agro Atinate. Pompei Magni aetate.

h. s. — CIL. III 436. Ephesi. (Augusti?) aetate imper. hic situs est — CIL. III. 761 prope Marcianopolim (Moes. infer.). h. s. e. — CIL. VIII 15567. Aunobaris Africae. hic sita est — CIL. VIII 16867. Sidi Brahîm Africae. posterioris aevi imper.

D. M. — CIL. III 761. prope Marcianopolim (Moes. infer.). D. M. s. — CIL. VIII 15567. Aunobaris Africae. D. M. — IGR. III 1441. Zelae Cappadociae. Traiani (?) aetate. D. [M.] — CIL. III 6762. Ancyrae Galatiae. exeunte II. vel III. saec. init. Dis Manibus — CIL. III 14146[1]. Panospoli Aegypti. D. M. — CIL. III 7299. prope Opunta Locridis Epicnemidis. boni aevi imperat. D. M. — CIL. III 7414. Bessaparae Thraciae. exeuntis II. vel potius III. saec. p. Chr. D. M. — CIL. III 13685. in Proconneso insula (Mysia). II.? saec. p. Chr. Dis M. — CIL. III 7102. Gordi Lydiae. exeunt. II. vel III. saec. p. Chr. D. [M.] — CIL. VIII 16867. Sidi Brahîm Africae. posterioris aevi imper. D. M. — CIL. VI 20618. Romae. poster. aevi imper. [D.] M. — Rev. arch. 1907I p. 367. Saghir Pisidiae. I. vel II. saec. p. Chr. D. M. — CIL. III 7549. Tomis (Moes. inf.). exeunt. II. vel III. saec. p. Chr.

— θεοῖς δαίμοσιν CIL. III 14179. Pataris (Lyc. et Pamph.). II. saec. p. Chr.

amanti et bene merenti fecit — CIL. III 333. Cii (Bithyn. et Pont.). aetat. imp. bene merenti fecit — CIL. VI 28511. Romae. aetat. imp. bene merenti — CIL. III 13648. Amastri (Bithyn. et Pont.). exeunt. II. saec. p. Chr. — merito libentes CIL. X 5385. in oppido Ponte Corvo. I. vel II. saec. p. Chr.

— μνήμης χάριν CIL. III 14179. Pataris (Lyc. et Pamph.). II. saec. p. Chr.

— τειμῆς ἕνεκεν CIL. III 12117. Budri Ciliciae. 117—120 p. Chr. b(onae) m(emoriae) — CIL. V 6195. Mediolani. p. Chr. 444.

Tabulis compositis iam quaeramus, quidnam de formularum usu diverso dici possit. Atque primum videamus, num quid de singulis modis reddendi in universum statuere possimus, sitne fortasse haec ratio rarior an prioris aetatis

quam illa. Hoc iam primo obtutu cognoscimus formulas per substitutionem redditas non tam crebrescere quam translatas et tertio loco compositas. Nam cum illius generis 22 numeros tantum habeamus, translatarum exstant 53 exempla, quae paene adaequant illa, quae non nisi altera parte expressa sunt (52). De aetate autem, quantum singulae rationes inter se differant, in universum ex nostro conspectu non multa apparere videntur. Omnium enim modorum exempla habemus et bonorum temporum et posterioris aetatis. Sed hoc quoque obiter intuentem offendit antiquissima exempla non esse per translationem reddita, sed per substitutionem atque ea, in quorum altera parte formula deest, adest in altera. Atque hoc adiungere possumus in titulis postremis temporibus positis formulas per substitutionem redditas non esse tam crebras quam eas, quas secundo et tertio loco composuimus. Etiam aliud ex conspectu cognoscitur. Has illasve formulas cum tribus modis habeamus expressas, aliae exstant, quae non nisi duabus rationibus vel una tantum sunt redditae. Quaeritur, quomodo hoc explicandum sit. Hanc quaestionem artissime cohaerere cum ea de aetate modorum reddendi infra apparebit atque gravissimi momenti esse statuo, quia inde apparet, quae formulae vere Graecae sint et Latinae quaeque ex altera lingua derivatae sint. Nam quaecumque de formularum Latinarum origine hucusque dicta sunt plurimas esse a Graecis assumptas, magis opinationibus nituntur quam certis argumentis. Graeci autem, num in usu formularum Romanos imitati sint, hucusque nemo inquisivit. Iam videamus, quid de his rebus ex bilinguibus discamus. Singulas formulas tribus modis expressas esse quid inde apparet? Mea quidem sententia eo tempore, quo exempla per substitutionem expressa habemus, huius illiusve formulae non fuisse aequum exemplar in Graecis atque Latinis. Quare harum formularum duas partes indigenas esse censemus neque alteram ex altera imitando effectam, si ille modus vetustior est quam duo reliqui. Postea autem si in formulae substitutae locum translatio successit, indicium hoc est alterum ser-

monem vel populum obnoxium fuisse alteri et exemplum tenemus, si formula Latina insecuta est Graecam, Romanos obnoxios fuisse Graecis, si Graeca Latinam, Graecos pependisse ab illis. Quodsi formulae per substitutionem tantum redditae sunt, demonstratur formularum partem Latinam non esse assumptam a Graecis itemque Graecam formulam natam non esse in solo Latino. Exstant etiam formulae, quarum altera pars semper deest, cum altera adsit. Ex his, si exempla tam crebra sunt, ut aliquid possit concludi, vix est cur dubitemus formulam exstantem esse indigenam. Atque etiam si formula et primo et tertio modo expressa est, de definienda origine omnia sunt clara. Si autem formula expressa est non nisi et per substitutionem et per translationem et ille modus antiquior est quam hic, concludere debemus formulae per translationem expressae alteram partem ab altero populo assumptam esse et statuendum est, utra pars formulae translatae alteri vetustate praecedat, quia hoc modo originem formulae invenimus. Atque porro quod formulas quasdam redditas esse videmus non nisi et per translationem et tertio modo, quid inde concludimus? Etiam tum quaeritur, utra ratio antiquior sit. Atque si hanc priorem esse statuimus et res ita se habet, ut adsint Latina, desint Graeca, formulam originem traxisse ex Latinis, si adsunt Graeca et desunt Latina, in Graecis formulam ortam esse censemus. Quodsi modus translationis prior est tertia ratione, quaeritur, utra pars formulae translatae antiquior sit, Latina an Graeca, eademque quaestio exsistit, si formulas habemus, quae non nisi per translationem redditae sunt. His praemissis iam transeamus ad singula. Atque primum quidem formulas secundum modum reddendi componam, deinde autem, quid inde appareat, paucis illustrem. Numeri, qui singulis exemplis adiecti sunt, modum reddendi indicant, scilicet (I) per substitutionem, (II) per translationem expressum, (III) si in altera lingua formula adest, cum desit in altera.

Formulae tribus modis expressae.

Votum solvit. v. s. l. m. εὐξάμενος καθιέρωσεν (I) CIL. III 14214^{27}. Moesia inf. I. exeunt. vel II. ineunt. saec. p. Chr. votum solvit ἔστησα βωμὸν ἐκτελῶν εὐχὴν ἐμήν (III) CIL. X 3336. Cumis vel Miseni. c. 240 p. Chr. v. s. l. l. m. (III) CIL. VII 431. in urbe Lanchester (Britann.). II. (?) saec. p. Chr. v. s. l. m. (III) CIL. IX 5824. Auximi Picenorum. (I. vel) II. saec. p. Chr. v(otum) l(ibens) a(nimo) s(olvit) (III) IGR. III 1079. in Syria. 218/222 p. Chr.

Hic situs est. heic situs est χαῖρε (I) CIL. XII 1038. Avennione Galliae. aetatis lib. rei publ. h. s. est χρηστὴ χαῖρε (I) CIL. III 6731. Citii Cypri. bonae aetatis. hic s[itus est] ἐνθάδε κεῖται (II) CIL. VIII 21105. Caesareae Africae. bonae aetatis. hic situs est ἐνθάδε κεῖται (II) CIL. III 6026. Syenae Aegypti. bonae aetatis. h. s. ἐνθάδε κῖται (II) CIL. III 12058. inter Alexandrinas. I. dimidio I. saec. p. Chr. hic situs est ἐνθάδε κατοίχεται (II) CIL. III 6982. Pompeiopoli. bonae aetatis. h. s. (III) CIL. III 436. Ephesi. imper. aetate. hic situs est (III) CIL. III 761. prope Marcianopolim (Moes. infer.). Augusti? aetatis. h. s. e. (III) CIL. VIII 15567. Aunobaris Africae. hic sita est (III) CIL. VIII 16867. Sidi Brahîm Africae. posterioris aevi imper.

Dis Manibus. Dis Manibus χαῖρε (I) CIL. III 333. Cii (Bithyn. et Pont.). I. saec. p. Chr. D M χαίρετε (I) CIL. VI 28511. Romae. aetat. imp. D M ἥρως χρηστὲ χαῖρε (I) CIL. III 11034. Brigetione (Pannon. sup.). I. vel II. ineunt. saec. p. Chr. D M χαῖρε (I) CIL. III 6667. Sidone Syriae. a. 188 p. Chr. Dis Manibus ἐνθάδε κεῖται (I) CIL. XII 2448. in vico Genay Galliae. Severi aetate.

Diis Manibus θεοῖς καταχθονίοις (II) CIL. III 14184^{7}. Sebastopoli (Bithyn. et Pont.). I. saec. p. Chr. [Dis Manibus] θεοῖς καταχθονίοις (II) CIL. III 7568. Tomis (Moes. inf.). Dis Manibus θεοῖς καταχθονίοις καὶ δαίμοσι (II) CIL. III 191. Beroeae Syriae. II. vel III. saec. p. Chr. [Dis] Manibus [θεοῖς κ]αταχθονίοις (II) CIL. III 7410. Philippopoli Thraciae. I. vel init. II. saec. p. Chr. Dis Manibus θεοῖς καταχθονίοις (II) CIL. III 6768. Ancyrae Galatiae. II.? saec. p. Chr. Dis Manibus θεοῖς [καταχθονίοις] (II) CIL. III 421. Tei Lydiae. DM θεοῖς καταχθονίοις (II) CIL. III 7331. Thessalonicae. D Θ K M (II) CIL. VI 10971. Romae. II.? saec. p. Chr. D. M. Θ. Δ. (II) CIL. III 14180. Pataris (Lyc. et Pamphyl.). aetate Antonini.

D. M. (III) CIL. III 761. prope Marcianopolim (Moes. infer.). D M (III) IGR. III 1441. Zelae Cappadociae. Traiani (?) aetate. D M

(III) CIL. III 6762. Ancyrae Galatiae. exeunte II. vel III. saec. init. Dis Manibus (III) CIL. III 14146[1]. Panospoli Aegypti. D M (III) CIL. III 7299. prope Opunta Locridis Epicnemidis. boni aevi imperat. D. M (III) CIL. III 7414. Bessaparae Thraciae. exeuntis II. vel init. III. saec. p. Chr. D M (III) CIL. III 13685. in Proconneso insula (Mysia). II.? saec. p. Chr. Dis M (III) CIL. III 7102. Gordi Lydiae. exeunt. II. vel init. III. saec. p. Chr. D. [M] (III) CIL. VIII 16867. Sidi Brahîm Africae. posterioris aevi imper. D. M (III) CIL. VI 20618. Romae. poster. aevi imper. D M (III) Rev. arch. 1907 I p. 367. Saghir Pisidiae. exeunt. I. vel II. ineunt. saec. p. Chr. D M (III) CIL. 7549. Tomis (Moes. infer.). exeunt. II. vel III. saec. p. Chr. init. D. M. s (III) CIL. VIII 15567. Aunobaris Africae.

Formulae, quae non nisi primo et secundo modo expressae sunt.

Benefici ergo. benivolentiae causa. benigne. benefici ergo τὸν ἑαυτῶν εὐεργέτην (I) CIL. III 12277. Deli. c. 80 a. Chr. [virtut]is beneficique ergo ἀρετῆς καὶ εὐεργεσίας [ἕνεκεν] (II) CIL. III 7241. Deli. primum dimidium I. saec. a. Chr. v[irtutis] benivolentiae beneficique causa ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας (II) καὶ εὐεργεσίας (II) CIL. I 589. Romae. post bellum Mithridaticum. beneficique ergo quae sibei benigne fecit ἀρετῆς ἕνεκεν (I) καὶ εὐνοί[ας] (II) τῆς εἰς ἑαυτόν CIL. I 587. Romae. post bellum Mithridaticum.

Honoris causa. honoris caussa ἐτείμ[ησεν] (I) CIL. III 6078. Ephesi. Antoninorum aetate. honoris caussa τειμῆς χάριν (II) CIL. III 12110. Salamine Ciliciae. primi aevi imp. honor(is) caus[a] [τειμῆς χάριν] Philologi vol. LXVII (1908) p. 6. Miletopoli. Neronis aetate.

Hic sepultus est. hic sepultus est ἐνθάδε κεῖται (II) CIL. III 182. Bybli Syriae. h. s. s. ὧδε ἐτάφησαν (II) CIL. III 7568. Tomis (Moes. infer.).

Formulae, quae non nisi primo et tertio modo expressae sunt.

Merito. merenti. ob merita. lubens merito merente κατὰ πρόσταγμα (I) CIL. X 7856. in Sardinia. c. 200 a. Chr. merenti fecit μνήμης χάριν (I) CIL. III 363. Eumeniae Phrygiae. bene merenti f. c. τειμῆς χάριν (I) IGR. III 1441. Zelae Cappadociae. Traiani? aetate. bene merenti fecit (III) CIL. VI 28511. Romae. aetat. imp. bene merenti (III) CIL. III 13648. Amastri (Bithyn. et Pont.). exeunt. II. saec. p. Chr. amanti et bene merenti fecit

(III) CIL. III 333. Cii (Bithyn. et Pont.). aetat. imp. votum dedit meretod εὐχὰν ναίσκον ἀπέδωκε (III) IGR. I 467. Tarenti. lib. rei publ. temp. bene merito conpari τῷ ἀεὶ μνηστῷ ἀνδρὶ (II) CIL. III 7549. Tomis (Moes. infer.). II. exeunt. vel III. saec. p. Chr. merito libentes (III) CIL. X 5385. in oppido Ponte Corvo. I. vel II. saec. p. Chr. v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito) εὐξάμενος καθιέρωσεν (III) CIL. III 14214. Moesia inf. I. saec. p. Chr. exeunt. vel II. ineunt. v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito) (III) CIL. IX 5824. Auximi Picenorum. I. vel II. saec. p. Chr. v(otum) s(olvit) l(aetus) l(ibens) m(erito) (III) CIL. VII 431. in urbe Lanchester (Britann.). II. (?) saec. p. Chr.

Donum dedit. donum dedit lubens merito merente ἀνάθεμα βωμὸν ἔστησε κατὰ πρόσταγμα (I) CIL. X 7856. in Sardinia. c. 200 a. Chr. d(onum) d(edit) χαριστήρια (I) CIL. III 14147[5]. Philis Aegypti. 29 a. Chr. d. d. ἀνέθηκεν (I) CIL. III 7121. Ephesi. Augusti aetatis? d. d. εὐχήν (I) CIL. III 6976. prope Amisum Bithyniae. exeunte I. saec. p. Chr. d. d. (III) CIL. VI 732. Romae. II. saec. (?) p. Chr. d. d. (III) CIL. VI 532. Romae. Augusti? aetate. dedit δῶρον (I) CIL. III 3076. Issae Dalmatiae. aetatis Caesarianae. donu(m) d[e] s[uo] (III) CIL. III 7218. Deli. c. 180 a. Chr.

Formulae, quae non nisi primo modo expressae sunt.

ob merita eius τὸν ἴδιον εὐεργέτην CIL. III 7126. Ephesi. Severo et Caracalla imperantibus.

Hic requiescit. hic requiescit ἐνθάδε κῖτε CIL. V 6195. Mediolani. p. Chr. 444. hic requiescet in pace bone memorie κυμετέριον . . . CIL. XII 5340. Narbone Galliae. p. Chr. 527.

Formula, quae non nisi secundo et tertio modo expressa est.

Salve. salve χαῖρε (II) CIL. X 7064. Catinae (Siciliae). salve χαῖρε (II) CIL. III 341. Apameae (Bithyn. et Pont.). salve χαῖρε (II) CIL. III 12325. Nicaeae (Bithyn. et Pont.). salve [χαῖρε] (II) CIL. III 7295. prope Athenas. lib. rei publ. temp. salve χρηστὲ χαῖρε (II) CIL. III 7154. Iasi Cariae. ante med. fere I. saec. p. Chr. salve χρηστὲ χαῖρε (II) CIL. III 7242. Deli. salve (III) CIL. III 7545. Tomis (Moes. infer.). aetat. imp. bona proba frugei salve (III) CIL. I 1256. in agro Atinate. Pompei Magni aetate.

Formulae, quae non nisi per translationem expressae sunt.

Have. have χαῖρε CIL. III 14184⁷. Sebastopoli (Bithyn. et Pont.). I. saec. p. Chr. ave χαῖρε IGR. I 1105. Naucrati Aegypti. lib. rei publ. temp. vel Augusti aetate. have χαῖρε CIL. III 7161. Mytilenis. boni aevi. ha(v)e χαῖρε CIL. V 168. Polae (Dalmatiae). have χαῖρε CIL. III 7095. Elaeae Mysiae. havete χαίρετε CIL. III 14183. Pataris (Lyc. et Pamph.).

Vale. vale viator χαῖρε παροδεῖτα CIL. III 7549. Tomis (Moes. inf.). exeunte II. vel III. saec. p. Chr. vale ἔρρωσο CIL. III 412. Smyrnae. p. Chr. 253—260.

Memoriae causa (gratia). m(emoriae) gra(tia) μνήμης χάριν CIL. III 6768. Ancyrae Galatiae. II.? saec. p. Chr. memoriae cauza μνήμης [χάριν] CIL. III 222. Tarsi Ciliciae. init. III. saec. p. Chr. mem. caussa μνήμης χάριν CIL. III 14400 d. Lystrae (Capp. et Gal.). init. III. saec. memoriae causa μνείας χάριν CIL. III 13665. Cibyrae in Phrygia. exeunt. II. vel III. saec. p. Chr. memor. causa [μνείας ἕνεκ]εν CIL. III 7085. Balikesri in Mysia.

Pietatis causa. pietatis causa φιλοστοργίας ἕνεκεν CIL. III 6778. Laodiceae (Capp. et Galat.). primo aevo imper. vel antea pos. [pietatis causa] posuit φιλοστοργίας ἕνεκεν IGR. III 1476. Iconii (Capp. et Galat.). boni aevi imper.

Virtutis ergo (causa). virtutis ergo ἀνδρήας ἕνεκεν CIL. XIV 2218. Nemore Latii. c. 72 a. Chr. v[irtutis] benivolentiae beneficique causa ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας καὶ εὐεργεσίας CIL. I 589. Romae. post bellum Mithridaticum. [virtut]is beneficique ergo ἀρετῆς καὶ εὐεργεσίας [ἕνεκεν] CIL. III 7241. Deli. primum dimidium I. saec. a. Chr.

Hic iacet. hic iacet κεῖμαι CIL. VI 10971. Romae. II. saec. p. Chr. hic iacit ἐνθάδε κατακῖτε CIL. III 9534. Salonis Dalmatiae. non ante V. saec. p. Chr. [hic iacet] [ἐνθά]δε κεῖται IG. XIV 1366. Romae. II. vel III. saec. p. Chr.

Votum dedit. votum εὐχὴν ἀνέθηκεν CIL. III 1107. Apuli Daciae. votum dedit meretod εὐχὰν ναίσκον ἀπέδωκε IGR. I 467. Tarenti. lib. rei publ. temp.

Donum posuit et similia. d. pos. δῶρον ἀνέθ(ηκεν) CIL. VI 8440. Romae. 161/180 p. Chr. donum [posuit] [δῶρον ἀνέθηκεν] CIL. III 427. Ephesi. c. 200 p. Chr. aram posuit βωμὸν . . καθειδρύσατο CIL. X 3812. Capuae. II. vel III. saec. p. Chr. munus . . dedico εὐξάμενος . . δῶρον . . θηκε IG. XIV 2562. in vico Mosellano Pommern. c. 40 p. Chr. aram dicavit [ἀ]νεθήκατο βωμὸν δῶρον CIL. VI

509. Romae. Valentiniano et Valente Augg. III. cos. aram quam dedit et voluit θέτο βωμόν CIL. XII 1277. Vasione Galliae. initiis III. saec. p. Chr.

Formulae, quae non nisi tertio modo expressae sunt.

Bonae memoriae. hic requiescet in pace bone memorie κυμετέριον CIL. XII 5340. Narbone Galliae. p. Chr. 527. b(onae) m(emoriae) CIL. V 6195. Mediolani. p. Chr. 444.

Sacrum. sacrum CIL. III 7057. Iliade Phrygiae. aevo imperatorio (I. saec.?). sacrum CIL. III 14214[27]. Moes. inf. I. vel II. saec. p. Chr. sacr. CIL. X 5385. in oppido Ponte Corvo. I. vel II. saec. p. Chr. sacrum CIL. XIV 3533. Tibure. temp. inc. D(is) M(anibus) s(acrum) CIL. VIII 15567. Aunobaris Africae.

Libens. donum dedit lubens merito merente ἀνάθεμα βωμὸν ἔστησε κατὰ πρόσταγμα CIL. X 7856. in Sardinia. c. 200 a. Chr. v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito) εὐξάμενος καθιέρωσε CIL. III 14214. Moesia inf. I. saec. p. Chr. exeunt. vel II. ineunt. v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito) CIL. IX 5824. Auximi Picenorum. (I. vel) II. saec. p. Chr. v(otum) s(olvit) l(aetus) l(ibens) m(erito) CIL. VII 431. in urbe Lanchester (Britann.). II. (?) saec. p. Chr. merito libentes CIL. X 5385. in oppido Ponte Corvo. I. vel II. saec. p. Chr. v(otum) l(ibens) a(nimo) s(olvit) IGR. III 1079. in Syria. 218/222 p. Chr.

e (*voto*) *s*(*uscepto*) CIL. XIV 3533. Tibure. temp. inc. voto suscepto εὐχῇ CIL. X 5385. in oppido Ponte Corvo. I. vel II. saec. p. Chr.

bona proba frugei CIL. I 1256. in agro Atinate. Pompei Magni aetate.

v(otum) s(olvit) *l*(*aetus*) l(ibens) m(erito) CIL. VII 431. in urbe Lanchester (Britann.). II. (?) saec. p. Chr.

amanti et bene merenti fecit CIL. III 333. Cii (Bithyn. et Pont.). aetat. imp.

Iam animo complectamur, quid ex conspectu nostro appareat. Quod supra de formulis per substitutionem expressis in universum statui poterat, singulis formulis cum aliorum modorum exemplis collatis satis confirmatur.

Nam ut a formula *votum solvit* initium faciamus,

exempla qui comparaverit, cognoscet modum per translationem expressum recentissimum esse, scilicet medii fere III. saeculi p. Chr., cum exemplum per comparationem redditum I. vel II. saec. p. Chr. sit. Plerumque autem nostra formula non nisi altera lingua expressa est, cuius modi exempla videmus partim eodem fere tempore exstare, quo per substitutionem, partim quo per translationem expressa. Quae cum ita sint, certum esse nobis videtur in IGR. III 1079, cuius Latinae parti formula inest *vo(tum) l(ibens) a(nimo) s(olvit)*, in restituendis Graecis formulam supplendam esse nullam.

Iam ut ad formulam *hic situs est* transeamus, in his quoque titulis perlustrandis videmus antiquissimum exemplum CIL. XII 1038 per substitutionem expressum esse, reliqua et secundi et tertii modi esse posteriores. Quare CIL. III 6731, cuius aetatem difficile est definire, propter formulam per substitutionem redditam non esse censeo aevi posterioris, sed non multo post illum CIL. XII 1038 positum et, cum propter libertini in Graecis adiectionem liberae rei publ. temporis non sit[1]), primo aevo imperatorio tribuendum.

Cum in formulis *votum solvit* et *hic situs est* exempla per substitutionem expressa semper bonae aetatis sint prae reliquis modis, in eis, quae *Dis Manibus* sunt sacra, aliter rem se habere videmus. Titulorum enim secundi et tertii modi cum iam I. et ineunt. II. saec. p. Chr. habeamus exempla, rationis per substitutionem expressae CIL. III 6667 anni est 180 p. Chr. Sed nescio, num is, qui titulum posuerit, formulam χαῖρε substituere voluerit *D. M.*; nam titulus Graecus plane aliter conformatus est atque Latinus; legitur enim sic:

in columna:
Ἔτους θϙσ´
μηνὸς Ὑπερ κς´
Ἀντωνία
Μαμετῖνα

1) cf. infra in cap. III.

χαῖρε ζήσασα
ἐνιαυτὸν μ β′
in cippo quadrato:
D M
Antoniam
Mamertinam
quae vixit an
num et menses
duos

De formulis *benefici ergo* et similibus p. 40 compositis, quia rariores sunt, non multum statui potest. *Benefici ergo* exempla et substitutionis et translationis omnia sunt lib. rei publ. aetatis, idemque valet de formula *benevolentiae causa. Honoris causa* in antiquissimo exemplo per translationem reddi, unum exemplum per substitutionem expressum Antoninorum demum aetatis esse dignum est quod commemoretur. Sed ex his duobus exemplis caveas ne nimis concludas de diversis modis reddendi. Formulae enim *honoris causa* in Graecis iuxta adhibentur τειμῆς χάριν et ἐτείμησεν. Quare si quis titulum bilinguem ponere volebat, aut Latinum *honoris causa* in Graecis retinere aut Graeco titulo mutato neque accurate ad Latinum exemplar applicito verbum ἐτείμησεν substituere potuit. Atque haec de modo substitutionis cum duobus reliquis collato. Iam quem locum teneant modus secundus et tertius, una cum substitutis apparuit, ut pluribus verbis non egeat. Quare nunc videamus, quid de origine formularum ex titulis nostris discamus. Formulas originis Latinae [1]) tenemus, quia non nisi primo modo expressae sunt: *ob merita eius, hic requiescit*; quia non nisi tertio modo redditae sunt: *bonae memoriae, sacrum, libens* (*lubens, libentes*), *l*(*ibens*) *a*(*nimo*), *e voto suscepto, voto suscepto, bona proba frugei, laetus* in formula *votum solvit laetus libens merito, amanti* in formula *amanti et bene merenti*

1) Formulas originis Latinae eas dico, quae non ex Graecis regionibus ad Romanos pervenerunt, itemque Graecae originis, quae in finibus Latinis ortae non sunt.

fecit; quia non nisi primo et tertio modo expressae sunt: *merito merente, bene merenti, bene merito, merito* (*meretod*), *donum dedit, dedit.* Formulae tribus modis expressae ut de origine examinentur, iam supra statuimus quaerendum esse, uter modus prior fuerit, per substitutionem an per translationem factus. Atque cum primum modum reddendi supra viderimus esse vetustiorem, sequitur, ut hae quoque formulae non sint a Romanis ex Graecis assumptae: *votum solvit, hic situs est, Dis Manibus.* Iam venio ad eas, quae non nisi prima et secunda ratione sunt redditae. Sunt autem hae: *benefici ergo* (*causa*), *benivolentiae causa*, *honoris causa, hic sepultus est.* De his quoque similiter atque de antecedentibus quaeritur, utra ratio vetustior sit; sed exempla tam rara sunt, ut aliquid certi ex iis concludere non ausim. Quare transeamus ad formulas per translationem tantum expressas. De quibus supra iam diximus quaerendum esse ad definiendam originem, utra formularum pars antiquior fuerit, Latina an Graeca. Atque initium faciamus a formulis *have* et *vale.* De quibus dubitandum non est, quin redeant ad Graecos. Nam utramque formulam videmus per Graecam χαῖρε redditam esse (praeterea *vale* per ἔρρωσο in titulo a. 253/260 p. Chr.), quam supra p. 29 statuimus iam ex tertio a. Chr. saeculo in usu fuisse apud Graecos, cum ex nostro formularum Latinarum conspectu p. 22 appareat *have* etiamsi bonae aetatis sit, tamen praecipue aevo demum imperatorio adhiberi atque *vale,* si quid ex titulis nostris debemus concludere, posteriore demum tempore imperatorio. Cum formulis *have* et *vale* coniungam *salve,* quae acclamatio quamquam secundo et tertio modo expressa est, similiter atque illae duae formulae imitatio esse videtur usus Graeci. Nam semper reddita est per χαῖρε vel χρηστὲ χαῖρε praeter duo exempla CIL. I 1256 in agro Atinate Pompei Magni aetate pos. et CIL. III 7545 Tomis eadem fere aetate conscr. qua plurimae inscriptiones, quibus formula *salve* inest, scilicet bono aevo imp. Recte igitur M. Siebourg in commentatione, quae inscribitur. Eine griechische Akklamation als Töpfermarke, Bonner Jahr-

bücher 1907 p. 9 harum formularum originem suspicatur, cum dicit: „Eine genauere Prüfung der Sepulcralinschriften wird meines Erachtens ergeben, dass die Anreden wie *ave*, *vale*, *salve* etc. eine Nachahmung des griechischen Brauches darstellen.“ Iam redeamus ad alias formulas per translationem tantum expressas. Restant hae: *memoriae gratia* vel *causa, pietatis causa, virtutis ergo, virtutis benivolentiae beneficiqué causa, virtutis beneficique ergo, hic iacet, votum dedit, donum* vel *aram posuit, munus* vel *aram dedicavit.* De quibus difficile est diiudicatu, utra pars singularum formularum imitationi fuerit alteri, quia plerumque non constat, utrum Latina formula vetustate praecedat Graecae vel invicem. Aliquid certi statui non potest nisi de *memoriae gratia* vel *causa* et *hic iacet.* Quarum illam, quia μνήμης et μνείας χάριν, nisi nos fallit memoria, prioris aetatis sunt quam formula Latina, quae posteriore demum aevo imper. videtur esse adhibita (cf. p. 25), ex Graeco usu effictam esse, *hic iacet* autem mere esse Latinam affirmo; nam etiamsi haec formula recentior sit quam ἐνθάδε κεῖται, supra vidimus Graecam formulam exstitisse ex Latina *hic situs est,* cuius formula *hic iacet* nihil est nisi varia expressio tempore paulum distans ab illa (cf. p. 23).

Egimus de origine formularum Latinarum. Restat, ut similiter Graecas tractemus. Sed interim concludamus caput nostrum et ad alia convertamus animum.

III.

De nonnullis discrepantiis, quae inter utramque partem intercedunt titulorum bilinguium.

Inscriptionum bilinguium duas partes si comparamus, ea exsistit quaestio, quomodo factum sit, ut quamquam in universum inter se consentiunt, in singulis rebus tamen saepius discèdant, cur is, qui confecerit titulum, huic parti nonnulla adiungat, quae omittat in altera, neque verbum accurate e verbo exprimat. Haec discrimina pri-

mum sunt referenda eo, quod veteres munere transferendi omnino aliter atque nos fungi solebant. Romani enim si Graeca in linguam suam convertunt, semper liberius rem agunt neque tam anxia cura ad alienum exemplar sese applicant quam plerumque fit nostris diebus[1]). Qui exempli gratia comparaverit, quomodo Cicero Graece scripta reddiderit Latine, hoc gradatim confirmatum habebit[2]). Atque hoc ad diversa antiquitatis tempora cadere, dilucide apparet ex Arati astronomicis a Cicerone, Germanico atque Rufo Festo Avieno tractatis. Quin etiam veteres ipsi hanc de arte vertendi sententiam saepius professi sunt. Sic Cicero in libello, qui inscribitur 'De optimo genere oratorum' haec dicit 5 § 14: 'Converti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter seque contrarias, Aeschini et Demostheni; nec converti ut interpres, sed ut orator, sententiis isdem et earum formis tamquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis; in quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omne verborum vimque servavi; non enim ea me adnumerare lectori putavi oportere, sed tamquam appendere'. Itemque Horatius in arte poetica v. 133—135 monet, ne interpres, si Graeca in Latinam transferat, nimis obnoxius sit exemplari Graeco, dicens:

'nec verbum verbo curabis reddere fidus
interpres nec desilies imitator in artum,
unde pedem proferre pudor vetet aut operis lex.'

Similia legimus apud Gellium[3]) atque etiam posterioribus temporibus apud Hieronymum[4]). Omnes inter se consentiunt artem transferendi non eam esse, qua verba e verbis reddantur atque omnia ad alienum exemplar detor-

---

1) cf. J. Tolkiehn, Homer und die römische Poesie, Lipsiae 1900 p. 78 sqq.; cf. etiam Fr. Blass in Iwan von Müllers Handbuch I² p. 246 sqq.

2) cf. C. Atzert, De Cicerone interprete Graecorum, Dissert. Gottingae 1908.

3) Noct. Att. IX 9 § 1—3.

4) Eusebii Chronicorum libri duo ed. A. Schoene. Vol. II p. 1 sq.

queantur; immo vero munus esse ingeniosum atque subtile, quod maximas praebeat difficultates. 'Difficile est enim alienas lineas insequentem non alicubi excedere, arduum, ut quae in alia lingua bene dicta sunt, eundem decorem in translatione conservent. Significatum est aliquid unius verbi proprietate: non habeo meum, quo id efferam, et dum quaero implere sententiam longo ambitu verborum, vix brevis viae spatia consummo. Accedunt hyperbatorum anfractus, dissimilitudines casuum, varietas figurarum, ipsum postremo suum et ut ita dicam vernaculum linguae genus. Si ad verbum interpretor, absurde resonant; si ob necessitatem aliquid in ordine (vel) in sermone mutavero, ab interpretis videbor officio recessisse.'[1]) Quod de arte transferendi valet Romanorum, similiter in Graecos cadere videtur. Eorum quoque scripta, quae e Latino translata habemus, easdem rationes liberas observant quas Romanorum translationes Graecae. Audias velim Weberum, qui Latine scriptis, quae Graeci in linguam suam transtulerunt, examinatis dicit haec[2]): 'Unde facile intellegitur veteres Graecos omnino in convertendo neque diligentes neque subtiles fuisse, sed sensum in universum, non singula verba accurate reddidisse. Posteri autem Graeci adminiculis sermonis Latini discendi auctis rectiusque constitutis ea in re magis exactos et circumspectos se exhibent, sed ne hi quidem ex praeceptis severis, quibus nos in transferendo ingenio scriptoris, verborum sensu, sermonis colore et rhythmo utimur, diiudicari se patiuntur'. Quaerenti autem, quae causa sit, cur veteres hoc modo de arte transferendi cogitaverint, Hieronymi sententia supra allata rectam viam indicat. „Es beruht wohl auf der trotz aller Verwandtschaft recht wesentlichen Verschiedenheit der beiden Sprachen, namentlich in der Wortbildung und im syntaktischen Gefüge, welche es dem Lateiner unmöglich machte, die vielen Nuancierungen in der griechischen Sprache zu genau entsprechendem Aus-

1) Hieron. l. l.

2) Dissertatio de Latine scriptis, quae Graeci veteres in linguam suam transtulerunt. Scripsit C. Fr. Weber, Cassellis 1852 p. 34.

druck zu bringen, wollte er nicht der Eigentümlichkeit seiner eigenen Sprache Gewalt antun und ihr nationales Gepräge zerstören." (Tolkiehn l. l. p. 82.) Quo factum est, ut etiam in nostris titulis multa adsint in altera parte, quae desunt in altera, ut ex additamento cuiuslibet generis concludere non liceat hanc inscriptionis formam utpote pleniorem esse archetypum, alteram inde conversam. Exemplum esto titulus Cornelii Galli, notissimi elegorum poetae, qui positus est a. 29 a. Chr. Philis Aegypti et legitur sic (CIL. III 14147[5]):

C·Cornelius·Cn·f·Gallu[s eq]ues Romanus·post·rege[s
a Caesare·Deivi·f·devictos praefect[us Alex]andreae et Aegypti primus defection[is
Thebaidis intra dies XV quibus hostem v[icit bis a]cie victor·V·urbium expugnator Bore[se-
os Copti Ceramices Diospoleos meg[ales Op]hieu ducibus earum defectionum inter[ce-
ptis exercitu ultra Nili catarhacte[n transd]ucto in quem locum neque populo
Romano neque regibus Aegypti [arma ante s]unt prolata Thebaide communi omn[i-
um regum formidine subact[a] leg[atisque re]gis Aethiopum ad Philas auditis eoq[ue
rege in tutelam recepto tyrann[o] Tr[iacontas]choenundi Aethiopiae constituto die[is
patrieis et Nil[o adiut]ori d(onum) d(edit)

Γ]άιος Κορνήλιος Γναίου υἱὸς Γάλλ[ος ἱππεὺ]ς Ῥωμαίων μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν
ἐν Αἰγύπτωι βασιλέων πρῶτος ὑπὸ Καίσ[αρος ἐπὶ] τῆς Αἰγύπτου κατασταθεὶς τὴν Θηβαίδα ἀ-
ποστᾶσαν ἐν πεντεκαίδεκα ἡμέραις δὶς [ἐν παρ]ατάξει κατὰ κράτος νικήσας σὺν τῶι τοὺς ἡ-
γεμόνας τῶν ἀντιταξαμένων ἑλεῖν πέν[τε τε πό]λεις τὰς μὲν ἐξ ἐ-φόδου τὰς δὲ ἐκ πολιορκί[ας
καταλαβόμενος Βορῆσιν Κόπτον Κεραμικὴ[ν Διόσπ]ολιν μεγάλην Ὀφιῆον καὶ σὺν τῆι στρατιᾶι ὑ-

περάρας τὸν καταράκτην ἀβάτου στρατια[ῖς τῆς χώρ]ας πρὸ αὐτοῦ γενομένης καὶ σύμπασαν τὴ[ν
Θηβαίδα μὴ ὑποταγεῖσαν τοῖς βασιλεῦσιν [ὑποτάξ]ας δεξάμενός τε πρέσβεις Αἰθιόπων ἐν Φί-
λαις καὶ προξενίαν παρὰ τοῦ βασιλέως λ[αβὼν τύ]ραννόν τε τῆς Τριακονтασχοίνου τοπαρχία[ς
μιᾶς ἐν Αἰθιοπίαι καταστήσας θεοῖς πατ[ρίοις Ν]είλωι συνλήπτορι χαριστήρια

Vides quamquam Graecis eaedem sententiae continentur atque Latinis, tamen duas partes singillatim minime consentire, utpote cum modo Graeca pars in brevius sit contracta, ubi plenior sit Latina, modo Latina aliquid adiungat, quod in Graecis suppressum sit, ut si nesciremus, quis titulum posuerit, de origine, utrum Latina an Graeca, facile dubitare possemus. Atque si quaeras, quibus rebus commotus Gallus hoc modo interpretatus sit, conferas velim quae inter se dissentiunt; spectant aut ad fictionem verborum aut ad artem syntacticam, ut quod supra Hieronymus de transferendi difficultatibus dicit, nostro exemplo optime confirmatum inveniamus. Tales discrepantiae saepius in titulis nostris exstant, praecipue autem in iis, qui ab hominibus cultis positi sunt; nam consentaneum est in his quoque rebus non omnes eodem modo rem agere; homo doctus aliter transfert atque indoctus, aliter poeta atque is, qui prosa oratione conscribit, qui publice interpretantur, accuratius et magis anxie exemplar alienum insequuntur atque alii. Sed mittamus interim hanc quaestionem, quia materies est amplior, quam ut dissertationis finibus comprimi possit, et ad eiusmodi discrimina accedamus, quae non rebus allatis, sed ex diversitate iuris, morum, artis epigraphicae duarum gentium aliisque de causis sunt explicanda. Atque initium faciamus a titulis honorandi causa positis sive vivis sive defunctis. In quibus saepius videmus in Graeca parte nomen honorati accusativo enuntiari, cum in Latina dativus respondeat. Ut exemplum afferam, Liviae post mortem Augusti Iuliae dictae incolae Cyrenarum inter a. 14—29 p. Chr. hunc titulum posuerunt CIL. III 8:

Iuliae · Augustae	Ἰουλίαν
Cyrenenses	Σεβαστὰν
P · Octavio · procos	Κυραναῖοι

Illud casuum discrimen quamquam primo obtutu mirum videtur, rerum epigraphicarum peritis plane consentaneum est ac manifestum. Explicatur enim ex Romanorum atque Graecorum in titulis honorariis consuetudine diversa. In Graecis titulis honorariis nomen eius, qui honoratur, plerumque accusativo[1]) effertur sive nude posito sive applicito ad verbum honorandi ἐτείμησαν simileve. Titulorum honorariorum et usum et formam quamquam Romani assumpserunt a Graecis, iam paulo postquam huiusmodi titulorum usum receperunt, pro accusativo illo ponunt dativum atque retinent hunc casum. Ii igitur, qui titulum nostrum posuerunt, rem bene agunt et recte, quod in Latinis honorati nomen aliter exprimunt atque in Graecis, eandemque laudem ferunt alia de causa, quia in titulo Latino singula verba more Romano secernunt signis interpositis[2]) formae punctorum, quae bene desunt in Graecis, cum Graeci id artificium bono dumtaxat aevo omnino ignorent.

His praemissis de externa forma duarum partium titulorum iam eo transeamus, ut singula additamenta examinemus. Filii indicatio cum Graecorum consuetudine efferatur per patrii nominis genetivum omisso vocabulo υἱός, Romanorum usu patris nomini vocabulum f(ilius) solet adscribi. In titulis igitur Latinis Graecis bilinguibus haec est iusta ratio nominum:

M'. Aquilius M'. f.
Μάνιος Ἀκύλιος Μανίου

Haec autem appellatio in nostris titulis admodum raro deprehenditur. Sunt enim hi: CIL. III 7183, 7184, 7205, 479, 7177 (a. 129 a. Chr.) omnes a M.' Aquilio cos. positi, item a civibus Romanis conscripti CIL. III 7218 (a. 180 a. Chr.), 14203[4]

1) E. Hübner, Handbuch der röm. Epigraphik p. 693.

2) cf. Aem. Hübner, Exempla scripturae epigr. Lat., Berolini 1885 p. LXXV sqq.

(c. 180 a. Chr.), 14203[5] (II. saeculi a. Chr.), CIL. VI 30922 Sullana aetate originis Graecae, scilicet a rege Mithridate conscr., CIL. IX 48 nescio cuius aetatis, hominis Graeci, CIL. III 12277 aut 84 a. Chr. aut postea homini Romano a Graecis conscr., Graecorum nomina cum careant vocabulo υἱός, ponitur in appellatione hominis Romani, CIL. III 494 a. 18—12 a. Chr. civis Romani, e regione Graeca. Graecos homines, si titulum bilinguem ponunt, in propatulo est in sua ipsorum appellatione morem secutos mere Graecum filii indicationem efferre per solum genetivum. Quare me offendit in titulo supra citato CIL. VI 30922=IG. XIV p. 695—96=IGR. I 62=Dittenberger or Gr. inscr. I 375 editorum supplementum υἱός v. 6, quod reiciendum esse apparet etiam ex v. 9, ubi simplex genetivus legitur [Ναιμ]άνους τοῦ Ναιμάνους; locum ita sanavi: . . . Φιλάδελφος | [ὁ τοῦ βασιλέως . . ., id quod vides spatio non minus accommodatum esse quam υἱός, sed satisfacere sermoni. Cives autem Romani Graece scribentes si patrem enuntiant, filii signum quamquam non ita raro omittunt, longe frequentius adscribunt et imperatorum aetate Graecae rationis scribendi exempla habemus perpauca[1]). Quae cum ita sint, in titulo bilingui CIL. III 7241 (=eph. ep. V 1422) restituendo non secutus sum editores, qui omittunt vocabulum υἱός ea de causa opinor, quod qui statuam sculpsit per nudum genetivum patris nomen extulit. Hoc autem nihil facit ad rem. Artifex enim, Ἀγασίας Μηνοφίλου Ἐφέσιος, est homo Graecus, is autem, qui honoratur, Romanus. Conferas titulum plane gemellum CIG. 2285 b cum adnotationibus CIL. III 7241, conferas etiam CIL. III 7265 et 7240. Huius Romanorum civium appellationis Graecae quae fuerit causa, priusquam exponam, iuvat nonnullas res adumbrare simillimas.

CIL. III 12290 legitur sic:

C·Dudistius·C·l
Γάιος Δουδίστιος
Γαίου Τιμόθεος
χαῖρε

---

1) cf. Th. Mommsen, Eph. ep. VII (1892) p. 453.

Animum convertas velim non ad acclamationem in sola parte Graeca expressam, sed primum ad cognomen in Latinis omissum, enuntiatum in Graecis. Hoc inde explicandum est, quod libertinorum Romanorum appellatio antiquitus caret cognomine; cognominis usus libertinis demum admittitur inter a. 104—94 a. Chr.[1]) Praecipue vero offendit in titulo nostro, quod condicio libertina cum enuntietur in Latino, in Graeco suppressa est. Cuius rei alia exempla sunt haec: CIL. III 7217. 7218. 6632. 12264. 12292. 7212. 13682. 14203[3]. 14203[14]. 14203[4]. Haec res explicatur ex consuetudine Graecorum, qui condicionem libertinam per genetivum patroni nominis exprimunt, cum Romani adiciant liberti vocabulum. Sed haec quoque appellatio Graeca civium Romanorum certis temporum finibus continetur. Illa exempla omnia redeunt ad liberae rei publicae aetatem. Imperatorum aevi tituli et bilingues et mere Graeci patroni nomini semper adscriptum praebent vocabulum ἀπελεύθερος[2]). Quod de liberti voce obtinet, valet de servi vocabulo. Quod cum supprimatur usu Graecorum, postulant leges Romanae. Iam vero perspicies exempli gratia CIL. III 14203[3], ubi legitur:

Μάαρκος Γράνιος Μαάρκου Ἡρᾶς
Διόδοτος Σήιος Γαίου καὶ Γναίου
Ἀπολλώνιος Λαίλιος Κοίντου
Πρέπων Ἄλλιος Μαάρκου
Νίκανδρος Ῥασέννιος Μαάρκο[υ
Δία Ἐλευθέριον ἀνέθηκαν
M·Granius M·l Her
Diodotus·Seius C·Cn·s
Apollonius·Laelius·Q·s
Prepon Alleius·M·s
Nicandrus·Rasenni(us)[3])·M·s
Iovem Leiberum·statuer

1) cf. Th. Mommsen, Römische Forsch. I p. 59; Römisches Staatsr. III p. 425 (eph. ep. VII p. 451 adnot. 1).

2) cf. eph. l. l. p. 453 sqq.

3) Sic solvendum esse nuper demonstravit A. Oxé mus. Rhen. vol. LIX (1904) p. 116 sqq.

Videmus discrimina tractata, quae intercedunt inter Latinam et Graecam partem quorundam titulorum bilinguium, non esse vere additamenta, sed referenda esse ad consuetudinem Graecis et Romanis diversam. Romani curam egerunt, 'ut hominum condicio civilis intellegeretur ex ipso nomine plene enuntiato', Graeci hominum diversitatem civilem nomine non exprimunt, fortasse eam ob causam, ne inde pateat[1]). Quare etiam, ne ingenui et libertini eandem nominis formam habeant, Romanorum civium et libertinorum appellationi Graecae vocabula filii filiaeve, liberti libertaeve iam pristinis temporibus inseruntur. De appellatione, quatenus diversa sit in Graeca parte atque Latina, acturus video in efferendo nomine ipso discrimina intercedere inter duas formas inscriptionum et ita quidem, ut is, qui conscripserit titulum, in Graecis Graecum nomen ponat, in Latinis Latinum. Haec exempla enotavi:

CIL. III 415. Γναῖος Δ' | Ἀτέλλιος | Πολύβιος |
Cn·Atellius·Cn f·Pal | Longus vivos·sib
CIL. III 560. M·Antonius·Antoniae·Drusi·l·| Tertius |
Μᾶρκος Ἀντώνιος Τέρτιος | Παιανιεύς
CIL. III 7242. Q Avili C f Lanuine salve |
Κόιντε Ἀουίλλιε Γαίου υἱὲ Ῥωμαῖε | χρηστὲ χαῖρε

Confer etiam CIL. X 388 et tit. Festschr. f. Hirchf. 1903 p. 441. Denique in trilingui inscriptione Sardiniae CIL. X 7856 videmus eum, qui titulum conscripsit, in parte Graeca et Latina uti nomine Cleonis ex servitutis condicione assumpto, in Punicis huic adiungere I^{e}chesgam (?) nomen patrium. Iam perlegas velim bilingue carmen dedicatorium hoc CIL. X 3812:

Δεσποίνῃ Νεμέσει
καὶ συννάοισι θεοῖσιν
Ἀρριανὸς βωμὸν
τόνδε·καθειδρύσατο
Iustitiae·Nemesi

---

1) cf. eph. l. l. p. 454.

Fatis quam voverat·aram·
numina sancta colens
Cammarius·posuit

Cui Mommsen subscripsit 'nota hominem in Graeco epigrammate iusto cognomine usum esse, in Latino signo'. Fortasse recte subscripsit, mea autem sententia res ita se habet, ut ille homo, cui nomen fuerit Cammarius Arrianus, in Graecis utatur iusto nomine Graeco, in Latinis iusto Latino.

Iam ad alia additamenta procedamus. Bull. de corr. hell. XXIX (1905) p. 228 (=CIL. III 7240 add. 14203[1]) titulus egregiae antiquitatis aut a. 167 aut c. 77 a. Chr. exaratus delineatur atque suppletur hanc in formam:

A·Terentiu[m A·] f·Varro[nem
Italicei·et·Graecei·quei [D]elei·negoti[antur
Α]ὖλον Τερέντιον Αὔλου υἱὸν Οὐ[άρρωνα
Ῥ]ωμαίων Ἰταλικοὶ καὶ Ἕλληνες οἱ κατ[οικοῦντες

Quem titulum legentes haeremus in linea postrema, ubi quid sibi velit vocabulum Ῥωμαίων, quis est qui perspiciat? Ne multis verbis utar, titulus restituendus est ita, ut post Varronis nomen reponas officii appellationem, hunc fere in modum:

A·Terentiu[m A·] f·Varro[nem legatum
Italicei·et·Graecei·quei·[D]elei·negoti[antur
Α]ὖλον Τερέντιον Αὔλου υἱὸν Οὐ[άρρωνα πρεσβευτὴν
Ῥ]ωμαίων Ἰταλικοὶ καὶ Ἕλληνες οἱ κατ[οικοῦντες cf. P. Foucart, Revue de phil. XXIII (1899) p. 268. Cur autem in Graecis πρεσβευτὴν Ῥωμαίων, in Latinis 'legatum' tantum suppleatur, cognosces ex his: CIL. III 479, 7177, 7183, 7184, 7205 a. 129 a. Chr. n. ab M'. Aquilio consule in Asia provincia positis, quae praebent simplex vocabulum consulis conversum per ὕπατος Ῥωμαίων, CIL. III 14203[23] saeculi secundi a. Chr. n. vergentis, ubi legimus v. 3 'imperatorem', quod verbum in Graecis redditur v. 6 per [? ὕπα]τον Ῥωμαίω[ν], CIL. III 7239 C. Rabirii proconsulis in Achaia provincia inter a. 49—43 a. Chr. n. posito: v. 1 procos., v. 3 ἀνθύπατον Ῥωμαίων. Cuius rei causa est haec: magistra-

tuum populi Romani, consulum, proconsulum, legatorum, aliorum, appellatio Graeca uno verbo expressa, ὕπατος, ἀνθύπατος rell., ut sufficiebat Romanis, ita fieri non potuit, quin initio plane inaudita esset hominibus Graecis. Quid enim est ὕπατος? Quod est inane verbum, nisi vim accipit ea voce adiuncta, qua exprimitur, cuius rei sit praeses. Ita factum est ut Graeci aut magistratus Romani in Graecis finibus monumenta ponentes illis vocabulis addant Ῥωμαίων. Aliter res se habet in monumentis Graecis Romae conscriptis, scilicet senatusconsultis, ubi horum magistratuum appellatio semper per unum verbum effertur[1]). In propatulo autem est fieri non potuisse, quin etiam apud Graecos procedente tempore illa vocabula ex usu frequenti proprium sensum acciperent, ita ut additamentum Ῥωμαίων abundaret et abiceretur. Quare ne unum quidem exemplum aetatis imperatorum tenemus appellationis illius pleniorem in modum expressae.

Transeo ad examinandam seriem inscriptionum, quae aevo imperatorio publice incisae sunt sive miliariis sive aliis operibus publicis. Quarum exemplum affero CIL. III 6094 add. n. 14202 positum a. 254 p. Chr. atque repertum prope Tralles Cariae.

Imp·Caes·Po·Lic·Valeriano·Aug II et
imp·Caes·Po·Lic·Gall[ien]o Aug
ab Epheso [m. p. X]XX
Αὐτοκράτορι Καίσαρι Π Λικ·Οὐαλεριανῷ
εὐσεβ εὐτυχ Σεβαστῷ καὶ αὐτοκράτορι
Καίσαρι Π Λικ·Γαλλιηνῷ εὐσεβ·εὐτυχ·Σεβαστῷ
ἀπὸ Ἐφέσου Μ λ′
Ἀνθυ·Γ·Ἰουλ Οὐολουσίννα Ῥογατιανοῦ

Huius inscriptionis partem Latinam si comparaveris cum Graeca, illas discrepantias habebis admodum miras, quibus lineam subduximus. In latinis cum legamus Aug II, in Graecis nihil respondet nisi Σεβαστῷ, atque etiam cum v. 5 et 6 exstet εὐσεβ. εὐτυχ., in Latinis haec appellatio plane suppressa est itemque quando titulus positus sit,

1) cf. Foucart l. l.

id quod Graeca in fine adiungunt. Discrimina eo magis offendunt, quod titulus sollemnis est, qualibus in monumentis duae partes plerumque accuratius inter se consentiunt. Ad marmorarium autem omnia referenda esse ob eam maxime causam non putamus, quia in omnibus fere eiusmodi titulis aevi imperatorii similes discrepantiae inter Latinam partem et Graecam intersunt. Quaeritur autem ad rem explicandam, quis titulum conscribendum curaverit. De hac quaestione cum ex inscriptione nostra nihil appareat, aliud simile exemplum afferam, in quo is, qui titulum posuit, expressis verbis nominatur, titulum dico CIL. III 218 add. p. 974 positum a. 198 p. Chr. atque repertum in Cypro inter vicos Pissuri et Kukla:

I[mp Caes Di]vi Antoni[ni Pii Germanici Sar-
matici fili]o Di[vi] Commodi fratri M Antonini Pii [nepoti
[Divi Hadriani pron]
Divi Traiani Parthici et Divi Ner[vae ab]nepoti [L Septimio
Severo Pio Pertinaci Augusto Adiabenico maximo po-
tifici maximo tribouniciai po to VI patri patriai
et Imperator Caisar L Septimi[i] Sever[i P]ii Pertinacis
Part Aug maximi f M Antonini Pii Germanici Sarmatic[i
nepoti Divi Antonini nepoti Divi Adriani et Divi Traiani
et Divi Nerou M Aurelio Antonino Augusto tribounicia
p[otestate
et L Sep[timio Getae nobilissimo Caesari] milia erexit
Seb Papos [s]acra m[etropolis
cibitatioum Cypri per Audioum Bassoum procos
provinc·Cypri an·VII

Αὐτοκράτορι Καίσαρι Θεοῦ Μάρκου Ἀντωνίνου Εὐσεβοῦς
Γερμανικοῦ Σαρματικοῦ υἱῷ Θεοῦ Κομμόδου ἀδελφῷ
Θεοῦ Ἀντωνίνου Εὐσεβοῦς υἱω[νῷ] Θεοῦ Ἁδριανοῦ ἐκγόνῳ
καὶ Θεοῦ Νέρουα ἀπογόνῳ Λ Σεπτιμίῳ Σευήρῳ Εὐσεβ(ε)ῖ
Περτίνακι Σεβαστῷ Ἀραβικῷ Ἀδιαβηνικῷ Παρθικῷ
ἀρχιερ(ε)ῖ μεγίστῳ δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ς′ αὐτοκράτορι τὸ ια′
ὑπάτῳ τὸ β′ πατρὶ πατρίδος ἀνθυπάτῳ καὶ αὐτοκράτορι
Καίσαρι Λ Σεπτιμίο[υ] Σεουήρου Εὐσεβοῦς Περτίνακος
Σεβαστοῦ Ἀραβικοῦ Ἀδιαβηνικοῦ Παρθικοῦ μεγίστου υἱῷ

Θεοῦ] Μάρκ Ἀντωνίνου Εὐσεβοῦς Γερμανικοῦ Σαρματικοῦ υἱωνῷ] Θεοῦ Ἀντωνίνου Εὐσεβοῦς ἐκγόνῳ Θεοῦ Ἁδριανοῦ καὶ] Θεοῦ Τραιανοῦ Παρθικοῦ καὶ Θεοῦ Νέρουα ἀπογόνῳ Μάρκῳ] Αὐ Ἀντωνίνῳ Σεβαστῷ δημαρχικῆς ἐξουσίας ἀνθυπάτ[ῳ καὶ Λ Σεπτιμίῳ Γέτᾳ Καίσαρι] τὰ μείλι(α) ἀνέστησεν Σε Κλ Φλ Πά]φος ἡ ἱερὰ [μ]ητρόπολις τῶν κατὰ Κύπρον πόλεων [διὰ
Ὀδίου Βάσσου ἀνθυπάτου ἔτους Ζ
ΙΕ

'Milia erexit Seb. Papos sacra metropolis cibitatioum Cypri per Audioum Bassum procos.', ut inest in titulo ipso, quod ita interpretamur, ut munus monumenti ponendi et conscribendi susceperit civitas Graeca cura magistratus Romani. Sed si res ita se habet, certe verisimile est munus titulum componendi gestum esse ita, ut ex altera lingua accurate translatum sit in alteram. Hoc autem si accipimus, admodum mirum videtur eiusmodi discrepantias inter Latina intercedere et Graeca. Quid igitur? Omnia facile expediuntur, si statuimus Latinam inscriptionis partem ex officina provenisse proconsulis, Graecam autem ex archio Graeco. Accuratum esse necesse erat exemplar Latinum, quia titulus est sollemniter et cura magistratus Romani conscriptus; in Graeca autem parte aequum erat additamenta, praecipue adiectiva, quibus imperatores laudantur, esse concessa. Sollemnis igitur proprio sensu non est nisi Latina pars horum titulorum, cum Graeca liberiore modo reddat argumentum. Iam si quis dubitabit, alia habemus, quibus nostra sententia firmatur. CIL. III 7409 exstat titulus Philippopoli Thraciae a. 172 p. Chr. positus hic:

I]mp·Caesar·M·Aurelius·Antoninus
Aug·Germanicus] imp·V·cos·III·p·p·murum·civitati·
Philippopolis [dedit
C·Pantuleius Gra]ptiacus·leg·Aug·pr·pr·faciundum·
curavit

Ἡ]τῆς Θράκης Φιλιππόπολις
ἐκ δοθέντων] αὐτῇ χρημάτων ὑπὸ τοῦ θείου
Μάρκου Αὐ]ρηλίου Ἀντονείνου Σεβ·Γερμανικοῦ
ἡγου]μένου τοῦ ἔθνους Παντουλείου Γρα[πτιακοῦ

In quo titulo vides Latinam partem et Graecam adeo discrepare, ut de translatione minime possit cogitari. Iam hanc ob causam statuo titulum non provenisse ex officina Romana. Praeterea Graeca pars in afferendis nominibus imperatoriis plane abhorret ab usu sollemni Romano; τοῦ θείου [Μάρκου Αὐ]ρηλίου Ἀντονείνου Σεβ. Γερμανικοῦ originem habere potest aut vere privatam aut Graecam sollemnem, neque vero publicam Romanam, id quod alio loco mox spero me fusius esse expositurum. Liberioris igitur esse generis Graeca statuo neque eodem sensu sollemnia quo Latina, quod etiam ex alia observatione apparet. Animadvertas velim leg. Aug. pr. pr. in Graecis expressum esse per [ἡγου]μένου τοῦ ἔθνους, quod supplementum non est cur repudiemus. Haec autem designatio certe redit ad Graecos. Nam in titulis publicis Romanorum huius magistratus appellatio Graeca solet esse πρεσβευτὴς Σεβαστοῦ ἀντιστράτηγος vel πρεσβευτὴς Σεβαστοῦ καὶ ἀντιστράτηγος vel similis[1]); contra simplex ἡγεμὼν vel ἡγούμενος ad significandum illud officium, quantum video, non nisi apud scriptores Graecos reperitur aut in titulis minus publicis aut Graecorum sollemnibus. Statuamus igitur in titulis bilinguibus operibus publicis aevo imperatorio insculptis si discrepantiae graviores intercedunt inter Graeca atque Latina, hoc inde explicandum esse, quod duae partes non eandem habent originem, scilicet Graeca ex officina prodiit Graeca, Latina autem — licet a Graecis composita sit aut Romanis — ad exemplar sollemne redit officinae Romanae. Quaeritur, quando huiusmodi discrimina in titulis nostris iam reperiantur. Haec quaestio maximi momenti est non solum ad inscriptiones bilingues recte explicandas, sed etiam propterea, quod hoc modo certi argumenti auxilio demonstrare possumus, ex quo tempore opera publica provinciarum, praecipue viarum stratura, a communibus suscipiantur. Sed mit-

---

1) cf. D. Magie, De Romanorum iuris publici sacrique vocabulis sollemnibus in Graecum sermonem conversis, Lipsiae 1905 p. 87.

tamus interim hanc rem hoc loco tractare, quia longiore disputatione eget et in comparationem vocandae sunt non solum omnes inscriptiones bilingues, quae operibus publicis incisae sunt, sed omnia eiusmodi monumenta aetatis Romanae. Iam pristinis autem temporibus communia opera publica suis sumptibus aedificavisse vel restituisse, certa exempla habemus, velut CIL. III 6871=IGR. III 344 Sagalassi (Lyc. et Pamph.) repertum:

T]i·Claudio·[Caes]ari Au[g
Germanico·im[p] pon[t
ma[x]imo III cos II p [p
Τι Κλ]αύδιον Καίσαρα Σεβασ[τόν

Titulus est anni 43 p. Chr. Cur ad Graecos eum referendum esse censeam, ex iis, quae modo exposuimus, satis apparet.

Quod de discrepantiis antecedentium titulorum obtinet, similiter valet ad aliud genus inscriptionum bilinguium. Saepius miratus sum in inscriptionibus a Graeca societate una cum Latina positis discrimina intercedere, qualia in eiusmodi titulis publicis vel certe semisollemnibus minime exspectamus. Ut duo exempla proponam, CIL. III 7240 Deli lib. rei publ. aet. positum legitur sic (v. s. p. 56):

A·Terentiu[m A·] f·Varro[nem legatum
Italicei·et·Graecei·quei [D]elei·negoti[antur
Α]ὖλον Τερέντιον Αὔλου υἱὸν Οὐ[άρρωνα πρεσβευτὴν
Ῥ]ωμαίων Ἰταλικοὶ καὶ Ἕλληνες οἱ κατ[οικοῦντες

Alterum exemplum esto CIL. III 7043 add. 14192[3] Prymnessi Phrygiae pos. hoc:

L·[A]rrun[ti]o·L·f·S[criboniano
Pompei Magni ab[nepoti
Ani(ensi?) praef·urb·au[g(uri) . . . .
Prymness(enses)·et·c(ives)·R(omani) [qui ibi negotiantur cura[m agente
C·Caecillio L·f·M . . . .
Ὁ δῆμος καὶ ο[ἱ κατοικοῦν-
τες Ῥωμαῖοι Λε[ύκιον Ἀρρούν-

τιον Λευκίο[υ υἱὸν Ἀνιήσης?
Πομπηίου Μ[άγνου ἀπόγο-
νον Σκριβων[ιανὸν ἔπαρ-
χον Ῥώμης α[ὔγουρα . . .

Vides in priore exemplo Latina verba 'Italicei et Graecei quei Delei consistunt' minime accurate respondere Graecis Ἰταλικοὶ καὶ Ἕλληνες οἱ κατ[οικοῦντες], et in altero cursum verborum Latinorum plane alium esse atque Graecorum, quae discrimina eodem referas velim atque ea, quae supra in titulis operum publicorum invenimus: inscriptionum duae partes non eandem originem ducunt neque altera cum cura ex altera translata est, sed Latina ab Italicis composita sunt, Graeca a Graecis.

Priusquam hoc caput concludam, de discrepantiis pauca dicamus, quae in trilinguibus titulis apparent. Quorum monumentorum exempla praesto sunt haec:

1. Latinus Graecus Celticus CIL. XIII 1326. in agro Biturigum.
2. Latinus Graecus Punicus CIL. X 7856. prope Pauli Gerrei Sardiniae.
3. Latinus Graecus Punicus Compt. rend. 1899. Henchir Alaouin.
4. 5. Latinus Graecus Punicus CIL. VIII 15 et 16. Lepti.
6. Latinus Graecus Palmyrenus Mitt. d. vorderasiat. Ges. 1905.
7. Latinus Graecus Hieroglyphicus CIL. III 14165[3]. Tyri.
8. Hieroglyphicus Latinus Graecus (Cornelii Galli) CIL. III 14147[5]. Philis.

Quibus in titulis rationem non habeo paenultimi propterea, quod Aegyptiaca neque eiusdem hominis sunt neque eiusdem aetatis atque Latina Graeca Ermanni quidem editoris sententia[1]), postremum autem alio loco (cap. IV) examinabo. Reliquorum si inter se comparamus tres

1) Zeitschr. f. ägypt. Sprache XXXI (1893) p. 102.

partes, barbaram in nullo videmus esse breviorem, pleniorem autem quam Latina Graeca in primo exemplo et secundo et tertio. Atque hoc ad originem titulorum referimus. Qui inscriptiones trilingues posuerunt, non Graeci sunt vel Romani, sed homines barbari. Nam et Graeci et Romani peregrinis linguis studere dedignabantur[1]. Audias velim J. Gildemeisterum de trilingui inscriptione Sardiniae disserentem sic: 'So viel lässt sich wohl mit Gewissheit annehmen, dass der, welcher die Inschrift setzte, seiner Nationalität nach weder Grieche noch Römer war. Ein solcher hätte nur durch ganz besondere Umstände veranlasst eine barbarische Übersetzung beigefügt, und in der Tat ist wohl unter den bekannten Inschriften, welche eine klassische Sprache mit einer semitischen verbinden, keine, die nicht auf einen semitischen Urheber zurückgeführt werden müsste'[2]. Haec sententia quam recte se habeat, singulis etiam titulorum nostrorum partibus inter se comparatis abunde comprobatur. Neque enim solum casu factum est, ut barbara pars in primo et secundo et tertio titulo plenior sit quam Latina Graeca, praeterea in secundo et tertio itemque in sexto tempus definitur ad aeram alienam, (in hoc ad aeram Seleucidarum, in illis ad sufetum nomina); denique in quarto et quinto ratio nominum plane est barbara. Additamenta igitur simpliciter inde explicanda sunt, quod accuratiora narraverunt homines barbari patrio usi sermone.

IV.

De ordine linguarum.

Egimus de inscriptionibus bilinguibus, quatenus in contextu discedant, iam de externa forma pauca dicamus. Tituli nostri varie sunt dispositi ita, ut et Latina et Graeca inscripta habeas aut separatim singulis tabulis aut eiusdem

---

1) cf. Norden, Kunstprosa p. 593.
2) Musei Rhen. vol. XX (1865) p. 11.

tabulae modo lateribus oppositis, modo eidem lateri, sed, quod rarius invenis, iuxta posita, quod saepissime, altera post altera. Quaeritur, num ratione quadam usi sint in linguis disponendis ii, qui conscripserunt titulos. In trilinguibus titulis supra allatis hunc semper ordinem tenent sermones diversi in uno latere sculpti, ut praecedat Latina, excipiat Graeca, subsequatur loco postremo lingua barbara[1]. Vides barbarae linguae semper tribui infimas partes, Latinae autem primas, Graecae alteras, quamquam ii, qui posuerunt titulos, neque Romanos neque Graecos esse constat. Atque etiam in bilinguibus titulis non solum a Romanis, sed etiam a Graecis (velut CIL. VI 30922. 30920. 30925) conscriptis, ubi altera lingua posita est post alteram, Latina solet priorem locum tenere. Praecedunt autem Graeca Latinis in hisce:

Titulis privatis.

Sepulcralibus:

Gallia: Avennione. CIL. XII 1038.

in vico Genay. CIL. XIII 2448.

Hispania: Augustae Emeritae. CIL. II 562.

Italia: Romae. CIL. VI 1342. 10971. 29577. 32264.

Brundisii. CIL. IX 48.

Mediolani. CIL. V 6195.

Polae. CIL. V 168.

Dalmatia: Salonis. CIL. III 9534.

Moesia infer.: Adamclissi. CIL. III 14214[18].

Achaia: Athenis. CIL. III 7296. suspectus.

Lydia: Smyrnae. CIL. III 415. 417.

Bithynia et Pontus: Nicaeae. CIL. III 12224. a milite legionario pos.

prope Nicomediam. CIL. III 14188.

Syria: Sidone. CIL. III 6667.

Sacris:

Thracia: prope Abderam. CIL. III 7378. Heroi Aulonitae cultores.

---

1) Titulus Cornelii Galli cur excipiendus sit, infra explicabo.

Italia: Capuae. CIL. X 3812. Nemesi Cammarius Arrianus. in oppido Ponte Corvo. CIL. X 5385. Herculi ab homine Romano et Graeco, illius liberto.

Romae. CIL. VI 532. Nemesi Hermes.

Romae. CIL. VI 509. dicatur a Petronio Apollodoro.

Gallia: in vico Mosellano Pommern. IG. XIV 2562. Leno Marti Tychicus.

Deli. CIL. III 14203₃. Iovi Libero a Graecis manumissis.

Deli. CIL. III 14203₅. a Romanis et Graecis scriptus.

Honorariis:

Italia: Romae. CIL. VI 10091. Quintum Iulium Miletum marmorarium discipuli.

Achaia: Athenis. CIL. III 14203¹⁷. quendam praetorem Atticum M. Porcius Cato, homo Romanus.

Phrygia: Dinâr. CIL. III 12241. patronum, consulem Romanum, Graeci nonnulli.

Aliis: tabulis ventorum. IG. XIV 906 et 1308. Romae et Caietae.

Titulis publice positis:

Italia: Romae. CIL. VI 30928. a Graeca civitate in Capitolio positus.

Neapoli. CIL. X 1481.

Africa: Madaurae. CIL. VIII 4677.

Apparet plurimos titulos dispositos esse eo ordine, quem omnino tenebant linguae in imperio Romano[1]); ut accuratius dicam, primum locum tenet Latina, quia publice dominabatur haec lingua, atque praecedit in trilinguibus Graeca barbarae, quia auctoritate et momento longe praestabat huic sermoni. Atque hoc ad omnes titulos nostros spectat, qui publice a Romanis conscripti sunt[2]). Quod autem pertinet ad trilingues, inscriptio

1) J. Gildemeister, mus. Rhen. vol. XX (1865) p. 12, Th. Mommsen CIL. III p. 3, O. Hirschfeld in act. acad. Berolin. 1896 p. 479.

2) Quare certe a vero aberravit R. Kekule de Stradonitz, act. acad. Berolin. 1900 p. 107. Agitur de titulo Mileti reperto; in principiis viae sacrae, quae duxit Mileto Didyma, hic et illic eadem inscriptione bilingui

mihi venit in mentem, quae in linguis disponendis plane contraria videtur fuisse titulis supra citatis. Ioannes evangelista ubi narrat de filii Dei crucifixione, praeter alia tradit haec ev. 19, 19 sqq.: ἔγραψεν δὲ καὶ τίτλον ὁ Πιλᾶτος καὶ ἔθηκεν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ· ἦν δὲ γεγραμμένον Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. τοῦτον οὖν τὸν τίτλον πολλοὶ ἀνέγνωσαν τῶν Ἰουδαίων, ὅτι ἐγγὺς ἦν ὁ τόπος τῆς πόλεως, ὅπου ἐσταυρώθη ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἦν γεγραμμένον Ἑβραϊστὶ Ἑλληνιστὶ Ῥωμαϊστί. Animadvertas velim Hebraica primo loco commemorari, altero Graeca atque tertio demum Latina. Nonne igitur Hebraica videntur etiam Latinis praeposita fuisse in cruce, cum Ioannes ea primo loco afferat? Cui sententiae primum obstant omnes tituli nostri trilingues, quae quamquam generis privati Latina ceteris linguis semper praeposita habent. Praeterea nonne esset mirum, si in terra a Romanis subiecta magistratus Romanus sermonis populi devicti tantam rationem habuisset? Res aliter se habet. Qui evangelium conscripsit, Hebraica primum commemorat, quia homo erat Iudaeus, deinde autem Graeci sermonis mentionem facit, quia haec lingua vulgo erat in usu, cum Latina his in finibus nusquam adhiberetur nisi ab hominibus Romanis. Statuamus igitur ordinem linguarum, quae cruci Christi infixae erant,

---

erat pronuntiatum viam ab imperatore Nerva factam esse. Quorum titulorum inventa est Didymis et Latina et Graeca pars, cum Milesius titulus Graecus periisse videatur. Kekule l. l. de Latina parte Milesiae inscriptionis nuper reperta disserens etiam sententiam profert, qua ratione tituli, Milesius et Didymaeus, dispositi fuerint. Iudicat autem, cum Milesia pars Latina in lapide, qui pertineat ad interiorem parietem Mileto intuenti sinistrum portae, prope limen sit inventa, Graecam huic fuisse praepositam. Unde concludit eodem ordine Didymaeam inscriptionem fuisse collocatam. Neque vero fieri poterat, ut titulus nomine imperatoris positus per proconsulem Asiae curam agente legato Aug. pro pr. hoc insolito modo disponeretur. Iam, ut concedamus titulum suo loco esse repertum, omnia plana sunt, si statuimus Graecam partem iuxta Latinam idque ab altero portae latere fuisse inscriptam. Idem iudicium fero de titulo Didymaeo; nempe Mommsenum iniuria adnotare 'Latina cum dicantur legi a dextra Graecorum, sic ut supra omnia disposui; nam ab utroque latere titulum effractum esse apparet intus integrum' docet titulus Milesius, cuius Latina pars, ut supra vidimus, non in eodem lapide atque Graeca erat incisa.

non eum fuisse, quem Ioannes affert, sed eundem atque in aliis titulis trilinguibus nostris, scilicet praecessisse Latina, subsecuta esse Graeca atque tertio loco Hebraica fuisse conscripta. Sed iam redeamus ad titulos nostros bilingues. Supra diximus inscriptiones sollemnes Romanorum semper eo ordine dispositas esse, ut primum locum teneant Latina. Nec minus obtinet hic ordo in monumentis publicis Graecorum exceptis CIL. VI 30928, CIL. VIII 4677, CIL. X 1481. Quorum CIL. VIII 4677 in Africa positum est Iustiniani aetate. Quo tempore in hac terra publice dominatur sermo Graecus, Latinus autem non nisi iis partibus fungitur, quas pristinis temporibus in imperio Romano agit Graecus. Propterea igitur priorem locum in nostro titulo tenent Graeca neque confundendus est titulus cum duobus aliis monumentis publicis insolitum ordinem linguarum praebentibus, CIL. VI 30928 et CIL. X 1481, quae profecto sunt exceptiones regulae, ex qua tituli sollemnes dispositi sunt eo ordine, quem publice tenent linguae. Sed inscriptionem CIL. X 1481 = IG. XIV 729 referentem ad originem Graecam video me obloqui audere et Th. Mommseno et W. Kubitschekio viris doctissimis. Necessarium igitur esse putamus inscriptionem denuo accuratius examinari. Positus est titulus Neapoli a. 81 p. Chr. et legitur sic:

Αὐτοκράτωρ] Τίτος · Καῖσα[ρ
θεοῦ Οὐεσπασιανοῦ υἱὸς Ο]ὐεσπασιανὸς · Σεβαστὸς
ἀρχιερεὺς μέγιστος δημαρχ]ικῆς · ἐξουσίας · τὸ · ί ·
αὐτοκράτωρ τὸ ιέ πατὴρ πατρίδ]ος · ὕπατος · τὸ · ή · τειμητὴς
ἐν Νέαι πόλει δημαρχήσας ἀγων]οθετήσας · τὸ · γ′ · γυμνασιαρχήσας
. . . . ὑπὸ σεισμῶν σ]υμπεσόντα · ἀποκατέστησεν
Imp. Titus Caesar divi Vespasia]ni · f · Vespasianus · Aug
pontifex max · trib · potest · X imp · XV] cos · VIII · censor · p · p
. . . . terrae mo]tibus · conlapsa · restituit

Hunc titulum Kubitschek, qui in stud. Vindobon. XXIV (1902) p. 574 adnot. 2 paucis validisque verbis infirmare conatur sententiam Neapoli etiam aevo imperatorum usque ad exitum fere saeculi primi sermonem publicum fuisse

Graecum, negat a municipio esse positum. Si autem inscriptio non est publica municipalis, restat, ut ex officina prodierit Romana. Sed hoc modo se contra se ipsum pugnare vir doctus non sentit; nam si magistratus Romanus in nostro titulo Graecae parti tribuisset locum priorem, hoc esset documentum publicum sermonem Neapoli fuisse Graecum. Recte igitur Mommsen insolitum ordinem linguarum in suam sententiam convertit etiam Flaviorum aetate hic sermonem publicum fuisse Graecum, de nostro titulo cum dicit CIL. X p. 171: 'exstat titulus n. 1481 ab imperatore Tito positus Neapoli Graece et Latine scriptus, sed ut Graeca priorem locum teneant.' Sed ne Mommseni quidem iudicium possum amplecti. Neque enim ullum tenemus exemplum in publicis titulis bilinguibus Romanos Graecam partem praeposuisse Latinae. Quare equidem affirmo titulum non esse originis Latinae, sed Graecae[1]). Titulus est publicus municipalis imperatori Tito gratias agendi causa positus ab ipso municipio atque comparandus cum illo CIL. VI 30928, qui Iovi Capitolino et Romae a Graeca civitate dicatur, ita ut Graeca praecedant Latinis. Hanc nostram sententiam etiam aliud confirmat. Si titulus a Romanis publice esset conscriptus, denominationes v. 5 [ἐν Νέαι πόλει δημαρχήσας, ἀγων]οθετήσας τὸ γ', γυμνασιαρχήσας certe careret; nam abhorret a titulo vere publico Romano praedicationibus imperatorum sollemnibus peculiaria nomina privata eorum iniungi. Hoc autem additamentum minime offendit, si ponimus titulum esse a municipio factum. Inscriptio similis est eis, quas in cap. III tractavimus, operibus publicis, plerumque miliariis, aevo imperatorio incisis, quas propter differentias inter Graeca et Latina intercedentes ita explicavimus, ut Graeca certe ex officina prodierint Graeca, Latina ad exemplar redeant sollemne officinae Romanae. Inscriptiones privatae quamquam plerumque eundem ordinem tenent atque publice positae interdum cum hac norma dissentiunt.

---

1) Item nescio qua de causa de titulo nostro iudicavit I. N. Madvig, Die Verfassung und Verwaltung des röm. Staates, Lipsiae 1881 I p. 57 adnot.

Iam videamus, quomodo haec exempla explicanda sint. Non casu evenit, ut plurimi eiusmodi tituli in Latina parte imperii inveniantur. Sunt enim omnes fere a Graecis conscripti iisque imprimis, qui vitam degentes in finibus Latinis titulorum forma exprimunt homines se esse alienigenas. Exstant etiam nonnulli tituli huius insoliti ordinis, qui in finibus Graecis reperti sunt. Atque cum talia monumenta in universum a Romanis posita sint, mirum esse videtur Graecae linguae in iis primum locum concessum esse. Sed potuit fieri, ut homo Romanus Graeco sermoni quibusdam de causis propriis locum superiorem tribueret. Velut M. Porcius Cato CIL. III 14203[17] ut bilingui titulo honoraret quendam praetorem Atticum, in eius honorem Latinis Graeca praeposuisse videtur. Reliqui autem in Graecis regionibus reperti atque illum ordinem praebentes non originis sunt mere Romanae, sed semigraecae, id est ab hominibus positi Graecis civitate Romana donatis vel mere Graecis muneribus publicis functis Romanis vel a Romanis una cum Graecis conscripti. Maxime autem insolita videtur esse editoribus collocatio linguarum in titulo CIL. III 12224 Nicaeae reperto, qui sic legitur:

...X[
δομ Νει[καίᾳ?
λεγιῶν[ος
]ς ζήσας [ἔτη
Bla]esus d[omo Nicaea?

Cui titulo editor subscribit haec: 'Offendit in milite legionario Graecus vel certe semigraecus titulus Latino prae positus', id quod statuo minime esse mirum. Hic enim homo certe Graecus est, id quod vel inde apparet, quod originem habet Nicenam. Cui sententiae obstare videtur, quod is, cuius titulus est, miles est legionarius. Sed consideres velim ex altero p. Chr. n. saeculo non solum Romanos legionibus adscribi, sed etiam Graecos. Atque si statuimus titulum nostrum ab homine Graeco esse conscriptum, collocatio linguarum minime offendit. Quaerentem autem, quomodo factum sit, ut in titulo hominis

Graeci in Graecis finibus conscripto Latina adiecta sint, ad usum linguae Latinae in rebus militaribus revoco. Qui stipendia faciunt in legione Romana, linguae Latinae omnes periti sunt, utpote cum in usu militari Latina per totum imperium sola adhibeantur[1]). Alio modo explicandae sunt duae tabulae ventorum bilingues IG. XIV 906 et 1308. Hae enim monumenta sunt docta atque comparanda cum calendariis aliisve eiusmodi rebus. Hoc igitur ordine is, qui tabulas confecit, linguas disposuit, quia ventorum tabulae omnino sunt Graecae, quas Romani simpliciter in usum suum transtulerunt. Restat, ut expediamus insolitum ordinem linguarum trilinguis monumenti a Cornelio Gallo, primo praefecto Aegypti, a. 29 a. Chr. n. Philis positi, CIL. III 14147[5] (Hieroglyph. Lat. Graec.). Quem referimus ad originem inscriptionis. Aegyptus enim ut sub dominio Romano in rebus administrandis mansit sui iuris[2]), ita etiam eundem ordinem linguarum atque in regno Lagidarum retinuit[3]). Ac licet sermo publicus fuerit Graecus, tamen multo maior erat auctoritas indigenarum sermonis. Quare Cornelium Gallum, virum Romanum, laudes suas trilingui monumento hominibus Aegyptiace loquentibus praedicaturum indigenarum sermoni supremum locum assignare minime miramur. Et idem est ordo linguarum atque in ceteris titulis sive bilinguibus sive trilinguibus ad aetatem Lagidarum redeuntibus, in quibus Hieroglyphica semper locum tenent priorem[4]). Alia res est, quodnam sit archetypum huius tituli trilinguis. Supra p. 62 sq. cum de trilinguibus titulis egerimus, statuimus omnes huiusmodi inscriptiones referendas esse ad originem barbaram. Ex quibus cur hunc titulum exceperim, iamiam

1) cf. Th. Mommsen, Hermae XIX p. 22; eph. ep. VII p. 467. L. Hahn, Rom und Romanismus im griechisch-römischen Osten, Lipsiae 1906 p. 214 sqq; idem, Zum Sprachenkampf im röm. Reich bis auf die Zeit Justinians, Lipsiae 1907 p. 685 sqq.

2) cf. exempli gratia Th. Mommsen, Röm. Geschichte V p. 553 sqq.; O. Hirschfeld, Die kaiserl. Verwaltungsbeamten bis auf Diocletian 1905 p. 343 sqq.

3) Mommsen l. l. p. 563 sq.

4) cf. act. acad. Berolin. 1896 p. 477 adnot. 2.

dignosces. Nam plane alia est condicio tituli trilinguis in Aegypto reperti atque in aliis finibus imperii, neque linguam Aegyptiacam putabimus archetypum esse inscriptionis. Immo res ita se habet, ut pars Hieroglyphica nihil aliud sit nisi Latina Graeca libere expressa. Contra Latina et Graeca quamquam non ad verbum inter se consentiunt, tamen eundem praebent cursum sententiarum, cum Hieroglyphica pars etiamsi certum sit eam quoque spectare ad Cornelii Galli victorias et merita, ab eiusmodi laude, qualis est in titulo Latino Graeco, toto caelo distet. Qua re comprobatur Hieroglyphicam partem non ab eodem esse confectam atque Latinam Graecam, sed redire ad sacerdotes, quibus Gallus titulum Latinum Graecum Aegyptiace vertendum mandaverat[1]). Iam vero quomodo partis Latinae et Graecae discrimina huius tituli sint explicanda, supra p. 51 exposui.

His disputatis iam iuvat rem disceptare, quae etiam artis archaeologicae peritis utilitati esse possit. Nonnullas bilingues habemus, quae ita dispositae sunt, ut Latina et Graeca oppositis lateribus insculptae sint. Quaeritur, utra pars loco frontis habenda sit. Nam ex quattuor lateribus alteram earum partium, quae titulum ferunt, certe anticam esse postea iam apparebit. Argumenta illius rei consentaneum est imprimis ex forma et ornamentis lapidis eruenda esse. Iam si talia indicia desunt, editores in angustiis videntur versari. Ut exemplum ponamus, CIL. X 7017=IG. XIV 453 (Kaibel epigr. Gr. 599) Catinae repertum atque conscriptum III. saec. p. Chr. hunc in modum est editum:

ab una parte:

Βαιὸν ἐμὲ Νύμφαις ἔργον κάμ[εν . . . . . .
οὐ γάρ μοι σθεναρὴν χεῖρ' ἐπε . . . . . .
ἀλλ' ἐν ἐμοὶ καμάτων εὗρεν τέλ[ος εὗρε δὲ τύμβον
ἀγχόθι λαινέης αὔλακος ὑδρο[φόρου
τὴν αὐτὸς ποίησεν ἐς ἠέρα πολλ[ὸν ἀείρας
νᾶμα φέρειν καθαρὸν ἐνναέται[ς Κατάνης
'Εννοίου

---

1) cf. act. acad. Berolin. 1896 p. 477.

ab altera parte:

Plurium saeculor]um in[iur]ia Nymfeum
informi l]abe foedatum cuius etiam aqua
licet antiq]uo meatu tamen corruptione
formaru]m ita fuerat poll[u]ta ut quandam
quasi nox]am haurientibus inferre videretur
providenti]a Fl·Arsini v c consularis·p·S
restitut]um adque usui populi splendidissimi
Catinensiu]m redditum reformatumque est
Cur]ante Fl·Ambrosio v p d perp

Cuius inscriptionis parti Graecae editores vides praescribere 'ab una parte' et 'ab altera' Latinae, quia indicio carent, quo alteram partem esse anticam alteramque oppositam demonstretur. Sed de hac re non est cur dubitemus. Inscriptio est publice curante magistratu Romano insculpta. Atque ad hanc eadem observanda sunt atque ad eas, quas supra tractavimus, Latina semper primarium locum tenere id est antica, quare Graeca ad postica referenda sunt. Huius dispositionis cum inscriptiones alias sollemnes non habeamus, privatarum exstant compluria exempla. Quarum hae ita sunt dispositae, ut Latina exstent in parte antica, Graeca in postica: CIL. III 7545 Tomis exeunt. I. vel ineunt. II. saec. p. Chr. conscripta a C. Antonio Frontone, veterano leg. XIII Gem., CIL. VII 431 in urbe Lanchester Britanniae II. saec. p. Chr. Aesculapio dicata a T. Flavio Titiano tribuno, CIL. VI 309 et 310 Romae dicatae Herculi et Silvano a Papiriis, temp. inc., CIL. VI 33019 Romae rep., temp. inc., mutila. Graeca vero in anticis sunt, Latina in parte aversa in nullo titulo nisi in hoc: CIL. XIV 3533 Tibure rep., opinor II. saec., dicato Agathodaemoni; qui inscriptionem posuit, non est nominatus, sed dubitari non potest, quin ad hominem Graecum referenda sit, quia in Latina regione est inventa et fortasse eam quoque ob causam, quod Agathodaemoni est sacra. Videmus igitur quattuor inscriptiones privatas et in Graecis finibus et in Latinis repertas, ut aliter dicam, et a Romanis et a Graecis positas illum

ordinem praebere linguarum, ut Latina primario loco exstent, altero Graeca, contra unam tantum contrariam dispositionem habere eamque esse originis Graecae. Quare mihi dubium non esse videtur, quin CIL. XII 174 Antipoli Galliae rep., CIL. XII 1277 Vasione Galliae pos., CIL. XV 6959, CIL. XV 6958, CIL. VI 12754, omnes tres Romae inventae, de quarum ordine linguarum incerti sunt editores, eodem modo disponendae sint, quo supra allatae, praecipue autem CIL. XII 174 propterea, quod posita est in honorem hominis Romani. Quaeritur etiam, num titulis nostris in eodem latere iuxta insculptis subsit ratio quaedam dispositionis. Eiusmodi inscriptiones rariores sunt, quam ut aliquid certi possit concludi; nam tales inscriptiones publicas non habemus nisi CIL. III 8, Bull. de corr. hell. 1903 p. 104 sqq. atque CIL. VIII 1259 add. 14545. Quarum duae priores ante aetatem Byzantinam positae eam linguam, quae publice dominabatur, primario loco praebent, scilicet a sinistra intuenti parte, alteram a dextra illius, contra in postrema Iustiniani aetate in Africa posita Graeca primarium locum tenent. Nunc etiam clarius perspicies, cur supra in titulo Milesio partem Graecam iusserim collocari a dextra Latinae. In privatis titulis Latina a sinistra parte leguntur CIL. III 552 Athenis a. 114—116 conscripto a C. Iulio Antiocho Philopappo, Graeca autem hunc locum obtinent CIL. III 320 Amastri (Bithyn. et Pont.), II. saec. p. Chr. opinor, posito a tribuno cohortis, praeterea in CIL. X 7296 in Sicilia temp. lib. rei publ. vel primo aevo imp. conscr.; qui eum posuit, non nominatur. Cum titulis antecedentibus coniungi possunt ii, qui duas linguas duobus lateribus, non anticis et posticis, inscriptas praebent. Sed hi quoque tituli tam rari sunt, ut ex iis de dispositione linguarum multum concludere non ausim; sunt enim hi: CIL. III 24, 736, 737. E quibus CIL. III 324 in anticis quoque titulum fert. Restant ergo proprio sensu duo tantum exempla. Haec igitur dispositio non accepta fuisse videtur, id quod satis consentaneum est, quia is, qui titulum ponit, maxime studet, ut conspicuus sit. Quare etiam supra

cum de titulis egerimus, de quibus incerti sunt editores utri lateri Graeca tribuenda sint utri Latina, huius dispositionis rationem habendam non esse censuimus.

Ad finem pervenimus. Tractavimus nonnulla specimina ad titulos bilingues spectantia et ostendere conati sumus, quanti momenti sint quaestiones nostrae ad amplificandam scientiam artis epigraphicae et Latinae et Graecae. Iam animum avertamus ab eiusmodi quaestionibus, quas propediem prolegomenis nostris fusius tractabimus, et ad ipsam collectionem nos convertamus bilinguium. Unam inscriptionem oculis subicere liceat exempli instar editionis bilinguium, ut pateat, quid efficere possimus ex titulis nostris. Titulus bilinguis CIL. III 6737 Attaleae Pamphyliae repertus sic legitur:

T]i·Claudius·Drus[i f·] Cae-
sar·Au[g·G]erm[an]i-
cus·pontif·maxim[u]s
tr·po[t]·X·imp·XIIX·p·p·cos·de-
si[g]·V [p]er·M·Ar[ru]ntium
Aqu[il]am·procur·su[um
vias refecit

Τι[βέ]ρι[ος] Κλαύδιος
Δρούσ[ου] υἱὸς Καῖσαρ
Σεβαστὸς Γερμανι-
κὸς ἀρχιερεὺ[ς μ]έ-
γιστος δημα[ρ]χι-
κῆς ἐξουσίας [τ]ὸ
ί αὐτοκράτω[ρ τὸ ιή
πατὴρ πατρίδ[ο]ς [. . .

Graecae partis inferiores versus non servatos Cagnat vel is, qui eum adiuvit, sic supplevit IGR. III 768:

πατὴρ πατρίδ[ο]ς [ὕπατος
[ἀποδεδειγμένος τὸ έ]
[διὰ Μ. Ἀρρούντιον Ἀκουίλαν]
[τὸν ἐπίτροπον ἑαυτοῦ]
[ὁδοὺς ἀποκατέστησε]

Praenomen Μᾶρκον perscribendum neque formam abbreviatam ponendam esse imprimis indicat praenomen Ti. initio inscriptionis Graecae plene scriptum; praeterea commendatur iis, quae de praenominum Latinorum in Graecis inscriptionibus forma supra p. 17 exposui; nam titulus est temporis satis antiqui, anni 50 p. Chr. n. Iam vero dubito de suppleto cognomine, in quo me offendunt litterae Latinae 'qui' transcriptae per Graecas κουι: Aquilam — ['Ακουίλαν]. Nam etiamsi 'qui' varie potest transferri, κουι, κουει, κου, κοι, κοει, κοιι, κο, κυι, κυει, κυ, κι, atque in his rationibus scribendi κουι non tenet postremum locum, tamen illud cognomen in titulis scribitur aut 'Ακυλ — constanter fere[1]), aut 'Ακυιλ —, CIL. III 6983, CIG. 7142, Pap. of Am. sc. 1885 LXX, CIG. add. 4150 b, numquam autem 'Ακουιλ —. Accedit, quod et in chartis[2]) et apud scriptores[3]) ne semel quidem traditur haec forma, sed semper 'Ακυλ —. Huic rei non convenire miratus sum, quod ponunt viri docti. Nam praeter nostrum exemplum video Mommsenum CIL. III 346 eumque secutum Cagnatum IGR. III 15 eodem modo erravisse. Quin etiam Eckinger, quem in talibus rebus adire solemus atque debemus, peccavit hisce verbis usus l. l. p. 122: 'κουι für qui: 'Ακουίλας (CIG. 3743 aus Bithynien, 12/X 58 n. Chr., ein ganz vereinzelter Fall, da sonst Aquila regelmässig 'Ακύλας heisst)'[4]). Nam hoc exemplum, quod unum affert vir doctus, nihil aliud est nisi supplementum Boeckhii editoris. Sed nos scripturae errores narrantes quid ipsi

---

1) Th. Eckinger, Die Orthographie lateinischer Wörter in griechischen Inschriften, Monachii 1892 p. 123 numerat triginta quattuor exempla, quae certe nunc possunt augeri.

2) cf. C. Wessely, Die latein. Elemente in der Gräzität der ägyptischen Papyrusurkunden II Orthographie, Wiener Studien XXV (1903) p. 70.

3) cf. W. Dittenberger in Hermae VI (1872) p. 300; C. Dieterich, Untersuch. zur Geschichte der griech. Sprache, Lipsiae 1898 (= byz. Archiv I) p. 83.

4) Cum Eckingero consentire videtur Jul. Müller, De litteris i et u Latinis quomodo a Graecis in transcriptis Romanorum nominibus expressae sint. Diss. Marburg 1898 p. 56 sqq.

damus supplendum? Certe rationis scribendi normam respicientes in nostro exemplo 'Ακύλαν; contra in illo titulo, quem modo attulimus, 'Ακυίλα, quia hunc titulum videmus ab eodem homine esse conscriptum atque CIL. III 6983[1]), ubi legimus 'Ακυίλα[2]). Sed ut restituere pergamus inscriptionem nostram, praeterea potest vituperari articulus ante ὁδοὺς omissus, qui numquam hoc loco inscriptionum neglegitur, cf. CIL. III 470 $^{4}/_{13}$, 7203 $^{4}/_{13}$, 7204 $^{1}/_{10}$, 6983 $^{5}/_{11}$. Deinde scribendum est ἀποκατέστησεν; nam ν paragogicum, quantum inscriptiones nostrae ostendunt, a Romanis in fine sententiarum constanter fere positum est. Tum uno verbo commemorem supplementum editoris διὰ Μ. 'Αρρούντιον 'Ακουίλαν τὸν ἐπίτροπον ἑαυτοῦ ferri non posse, quia 'per' numquam vertitur διὰ c. acc., semper autem c. gen. Iam agitur de verborum selectione partis suppletae. Numquam in titulis bilinguibus 'refecit' redditur per 'ἀποκατέστησεν', constanter autem per 'ἐπεσκεύασεν'. Monum. Ancyr. IV 9/X 15, IV 11/X 181, IV 18/XI 6, IV 18/XI 5, VI 37/XIX 3, CIL. III 7203 $^{4}/_{13}$, 7204 $^{1}/_{10}$. 'ἀποκατέστησεν' vero respondet verbo 'restituit' CIL. I 203 $^{5}/_{21}$, III 346 $^{5}/_{12}$, 7098 $^{2}/_{5}$, 14195^{1} $^{3}/_{6}$, 14202^{4} $^{4}/_{7}$, 14203^{33}, X 1481 $^{6}/_{9}$. Quem usum loquendi non minus observant glossae Latinae Graecae bilingues, cf. CGL. s. v. Quare etiam reiciendum est, quod Mommsen admittit CIL. III 13691: [re]stituit — [ἐπεσκεύασεν], quod mutamus in [ἀποκατέστησεν]. Denique pro τοῦ ἐπιτρόπου ἑαυτοῦ praeferam hoc: τοῦ ἰδίου ἐπιτρόπου, cf. CIL. III 346 $^{6}/_{13}$.

---

1) cf. Prosop. imp. Rom. II p. 168 n. 108.

2) Ceterum si verisimile est hunc Aquilam (CIL. III 6983) in transcribendo nomine suo sibi constitisse, id quod nemo sanus negabit, Mommsen non bene fecit, quod eph. ep. VII p. 449 Cavedonio assentitur censenti hunc Aquilam eundem esse atque tituli Neapolitani CIG. 5790. Nam plane diversa est ratio huius tituli in nomine scribendo atque illius, id quod nominibus inter se oppositis oculis subiciam. CIG. l. l. legitur: Γ. 'Ιούνιος 'Ακύλας etc., quod discrepat ab illo sic:

CIG. l. l. 'Ιούνιος, in illo 'Ιούλιος.

CIG. l. l. Γ. praen. abbr., in illo Γάιος praen. perscr.

CIG. l. l. 'Ακύλας, in illo 'Ακυίλας. Recte igitur dubitat H. Dessau, Prosop. imp. Rom. l. l., num hic homo idem sit atque ille. Immo plane alius est.

Itaque postquam versus etiam aliter separavimus, cum servati versus Graeci tot litteras, quot admittit editor, non exhibeant, restituamus inscriptionem sic: ὕπα|τος ἀποδεδειγμέ|νος τὸ έ διὰ Μάρκου | Ἀρρουντίου Ἀκύλα | τοῦ ἰδίου ἐπιτρόπου | τὰς ὁδοὺς ἐπεσκεύασεν. Haec omnia cum certis argumentis nitantur, unum est quod videmus decerni non posse, utrum in restituenda genetivi forma nominis Ἀκύλας rectior sit Ἀκύλου an Ἀκύλα. Nam hanc formam et illam in talibus nominibus, qualia sunt Ἀγρίππας, Ἀκύλας, in usu fuisse nullo discrimine regionum aut temporum statuit Eckinger[1]), et ipse mihi persuasi. De Latinorum autem verborum sive nominum propriorum velut Ἀκύλας sive aliarum vocum flexione et formatione in Graecis, id quod Eckinger l. l. p. 129 sq. non nisi in transcursu voluit tractare, quam dignum sit quod accuratius agatur, exemplum esto vocabulum patroni. Hoc vocabulum Graecos ascivisse ex Latino sermone viri docti minime ignorant; quae autem forma sit vocabuli Graeci, titulos nostros dum percenseo, minus esse notum cognosco. CIL. III 6778 = IGR. III 255 in Graeca parte legitur sic: Ὀπτᾶτος Γαίω Ῥοβρίωι τῶι πατρωνη. Editores subscribunt 'requiritur πατρώνω' et indici CIL. III p. 2601 vocabulum inserunt novum πατρώνης. Cur autem nominativum formaverint πατρώνης, si πατρώνω requiritur, nescio. CIL. III 13648 = IGR. III 1432 video idem τῷ π[ατρώνῳ] suppleri, et idem Fr. Krebs solvit BGU. 151. Sed quocumque oculos intendo, ne unum quidem locum deprehendere possum, quo talia supplementa nitantur. Patroni Latinum vocabulum in Graeco sermone est πάτρων, non solum apud scriptores, sed etiam in chartis et titulis. Piget nos omnia exempla afferre; si iuvat, inspicias haec: CIL. VI 1508a 3/5, 1508b 3/5, 1508d 3/6, 1508e 3/5, III 12241, IG. XIV 501, 601, 680, 763, 1077 add. 1078a, 1504, 1751, 1753, 1928, 1939, 2095, 2278, 2488, 2540 alia; in chartis P. Lond. 244, 404, 410,

---

1) l. l. p. 129; cf. etiam W. Dittenberger, Orientis Gr. inscr. 545 adnot. 3 et Wessely l. l. p. 72.

239, 235, 411; BGU. 96, Genf. 56. Illud igitur πατρωνη nihil aliud est nisi πάτρωνι et errat, qui indici cit. vocabulum inseruit πατρώνης, quod omnino ignorat antiqua memoria, et errant, qui supplent illud πατρώνῳ, ubi restituendum est πάτρωνι, id quod C. Wesselyum exempla nostri vocabuli ex chartis congerentem in stud. Vindobon. XXIV (1902) p. 143 latuisse miramur.

Vita.

Franciscus Zilken Ioannis f. e matre Sibilla de gente Esch fidei catholicae natus sum in vico Rhenano, cui nomen est Wesseling, pridie Idus Martias anni 1882. Elementis litterarum imbutus per quattuor annos progymnasium (nunc gymnasium) frequentavi oppidi Bruehl, septima classe in gymnasio Novesiano absoluta gymnasii urbani Coloniensis fui discipulus per duos annos. Maturitatis testimonium die XXV. m. Febr. 1901 adeptus studiis philologicis me dedi in alma matre Bonnensi per decem semestria, per unum, hieme 1902, Marpurgi Chattorum. Examen pro facultate docendi die XXIII. m. Febr. 1907 superavi, rigorosum eiusdem mensis die XXVII. Deinde sodalis fui per annum seminarii paedagogici Confluentini eodemque tempore praeceptor gymnasiorum et Baudobrigensis et regii Confluentini, quod dicatum est imperatrici Augustae. Candidati probandi stipendia emeritus Aquisgrani in gymnasio, cui nomen est imperatoris Caroli Magni, nunc ex mense Aprili 1909 Coloniae in regio gymnasio prope ecclesiam apostolorum sito munere fungor ordinarii magistri. — Quidquid sumus atque erimus, cum benignissimae curae parentum debemus, tum disciplinae et benevolentiae praeceptorum. His omnibus gratias ago debitas, praecipue autem gratissima memoria semper colam Martinum Mertens, directorem gymnasii Bruehlensis, et Ottonem Rettig Coloniensem †, quorum institutione antiquas litteras praecipuo coepi amore amplecti, deinde Augustum Brinkmann, Franciscum Buecheler †, Antonium Elter, seminarii philologorum Bonnensium rectores, denique eos viros, qui primordia nostra in pueris erudiendis

rexerunt, Iosephum Buschmann, praeceptorem seminarii paedagogici Confluentini gravissimum, et Matthiam Clar, gymnasii Baudobrigensis directorem.

Dissertatio iusto serius in lucem prodit. Quod olim speraveram me mox quaestiones ad titulos bilingues spectantes una cum collectione inscriptionum edendas posse curare, moles quaestionum et munera scholastica impediverunt. Interim ut tandem ordini philosophorum satisfaciam, haec capita selecta emitto.
